

SOPHOCLIS
PHILOCTETES

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

RECENSUIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

GODOFREDVS HERMANNVS.

LIPSIÆ

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM.

CIOIOCCCXXIV.

PHILOSOPHY

206.613



PRAEFATIO.

Ad Philoctetam nihil scripti reliquit Erfurdius, praeter citationes quasdam Valckenarii, Dorvillii, Heindorfii, aliorumque, quarum iis tantum, quae aliquem fructum praebere possent, usus sum. Codicum manu scriptorum auxilia habui haec: duos, quorum scripturas Im. Bekkeri liberalitati debeo, Parisiis ab eo collatos, quorum alterum, qui numero est 616. membranaceum illum, alibi Parisinum, hic Venetum appellavi, quo eum ab altero Parisino distinguerem, qui bombycinus est, numero 467. Huius quidem scripturas non ultra v. 300. notatas habeo. Chori carmina in usus meos contulit Florentiae cum cod. membranaceo bibl. Riccardianae n. 77. Car. Fr. Weberus, nunc scholae Cizensis Conrector, cuius amicitiae etiam alia quaedam huius generis debeo. Codex ille finem habet in versu 873. ed. Brunckii. Ex editionibus huius fabulae recentioribus, quae non paucae sunt, duas potissimum, quae sunt novissimae, adhibui. Earum alte-

ram edidit I. Pr. Matthaei, vir iuuenis, qui licet minus versatus in re critica, tamen laudabili diligentia plurima conguessit, quae tironibus, quibus destinavit editionem suam, cognitu essent utilia. Atque ille aliquot in locis, in quibus caeteri interpretes omnes errarunt, sagaciter veram rationem perspexit. Alteram curavit Phil. Buttmannus, tironum usui is quoque consulturus. Quae editio quo est a clariore viro curata, eo magis debui, si quibus in rebus dissentirem, id cur facerem indicare, ne, si meam auctoritatem auctoritati illius opponere satis ducerem, tirones, aut quicumque ipsi usu iudiciove minus pollerent, dubii et inter diversa suspensi fluctuarent. Sum autem saepius, quam vellem, in illam dissentiendi necessitatem adductus. Omnino enim rationem illius editionis non probo. Nam qui tironibus scribunt, illud mea sententia praecipue debent cavere, ne, quibus monstrare rectam viam cupiunt, iis aberrandi ab ea via auctores fiant. Atqui, ut dicam quod sentio, id mihi Buttmannus neque in emendando videtur neque in interpretando cavisse. Nam quod ad scripturae veritatem iudicandam attinet, quum hodie inter omnes constet, veterum librorum lectionem longe praeferendam esse recensioni illi, quam a Demetrio Triclinio factam editiones Turnebi, Stephani, Canteri, et quae has sequuntur, exhibent, Buttmannus fere in contrariam sententiam discessit, quumque

codicibus etiam Triclinium usum dicat, (quis id autem neget?) huius scripturam plerumque, ut non minori auctoritate nissam, restituendam duxit. In qua re si illud laudandum est, quod non temere contemnendum censuit Triclinium, eandem laudem consecrari debebat eo, ut eum ne probaret temere. At qui considerare volet, quas Triclinii scripturas vel receperit Buttmannus, vel non receperit, is non poterit non mirari, ubi eum videat non esse in ea re certo ac provido consilio usum. Atqui non erat id admodum difficile, quum pleraque, quibus Triclinii recensio ab antiquis libris discrepat, haud ambigue correctorem prodant. Sunt enim fere aut propter metrum, aut propter aliquod praeceptum grammaticum, aut quod ille antiquam scripturam non intellexisset, mutata, et plerumque in deterius. Quid ergo dicamus, quum videmus Buttmannum quibusdam in locis bonam aut tolerabilem Triclinii scripturam sprevisse, in plurimis autem ea, quae ille inscite, invenuste, vitiose, denique uti non scripsit Sophocles, correxerat, tamquam honorum codicum aut ipsius Sophoclis scripturam, expulsa optima veterum librorum lectione, et probasse et recepisse? Ea re profecto non illud tironibus praeivit exemplum critici, quod eos imitari optandum sit. Non valde dissimilem in interpretando est viam ingressus. Nam etsi per multa recte docteque adnotavit, tamen alia,

in quibus tirones vel maxime indigebant interprete, non attingit; alia, quae hodie docti omnes falsa esse sciunt, rursum ut vera aut veris saltem similia exornavit; postremo multa, quae iustae interpretationis legibus omnibus repugnant, in medium attulit. Video ego quidem, non exiguam horum partem magnae cuidam festinationi tribuendam esse: cuius certa minimeque dubia indicia tum crebrae in auctoribus citandis numerorum perturbationes praebent, tum ii continent loci, in quibus aliorum mendosas citationes, non suppetente ad inspiciendos locos otio, iisdem cum mendis repetiit. Et hanc quidem festinationis excusationem libens accipio, qui sciam, quam facile aliis occupationibus districto, urgentibus typhothetis, excidat aliquid, quod postmodo scripsisse poeniteat. Sed illa tamen non pauca, quae usui scriptorum, ingenio linguae, ipsis adeo legibus grammaticis contraria a Buttmanno allata video, illa quo pacto excusam, quamvis cupiam, non invenio. Quae si essent ab alio dicta, silentio ea praetermissem: dicta autem a Buttmanno, in quem virum omnes, maximeque tirones, ut in magistrum grammaticae intuentur, tacito praeteriri non potuerunt. Non multum enim ignoti hominis, plurimum clari viri error nocet. Invitus, sed more meo ingenue ac libere hoc dixi iudicium de opera viri, qui et de litteris optime meritus, et mihi amicissimus est:

sed est mihi idem quod illi propositum, ut doceam quae vera atque utilia esse putem, cavenda autem moneam, quae mihi non recte doceri videantur. Itaque quemadmodum ipse in omni vita mea aliorum sive iustas sive iniustas reprehensiones aequo animo tuli, ita etiam Buttmannum, candidissimi animi virum, si quid iure est a me vituperatum, emendaturum potius, quam, qui mos est quorundam, quos errasse minus quam dici errasse piget, pertinacius defensurum confido. Nonnulla occupaverat Eduardus Wunderus, qui in eleganti libello *Adversariorum in Sophoclis Philoctetam* aliquot huius fabulae locos diligenter atque accurate pertractavit, non praetermissa illa disputatione, quae de interpolationibus eius a Iacobo potissimum in *Quaestionibus Sophocleis* est excitata. De qua re fluctuat Buttmanni iudicium: Wunderus autem recte, ut mihi videtur, remove illam interpolationis suspicionem studuit. Nam quis interpolator non faceret potius ut pugnantia concordarent, quam ut concordantia pugnarent? Scio ego quidem, inveniri in quibusdam scriptis additamenta quaedam vel correctiones sive ab ipsis auctoribus, sive ab alia manu profectas, quae cum aliis partibus eiusdem operis non possint conciliari: sed eae sunt eiusmodi, ut et distingui a caeteris partibus queant, et aliquid certe consilii in iis conspicuum sit, non quales *Philoctetae* quas afferunt interpola-

tiones esse videmus, quae neque alieni ingenii notam habent ullam, et incuriae magis, quam consilii alicuius testes sunt. Quare sic potius statuendum videtur, fabulam hanc, quam Brunckius non debebat omnium perfectissimam appellare, non uno tenore, sed per intervalla a poeta esse factam, quumque esset in scenam producenda, sicut erat traditam esse histrionibus, nondum ultimae manus lima perpolitam. Illud vero miror, quod non modo hi, quos dixi, Sophoclis interpretes, sed ne Boeckhius quidem in eo libro, quem de tragoediarum interpolatoribus composuit, ad illud attenderunt, quod quaedam ex Sophoclis Philocteta afferuntur, quae non exstant in ea fabula. Vide Stobaeum S. CXX, 7. Hesychium v. δράκοντα et δρυοπαγή στόλον. Sed retulerunt ea viri docti ad *Φιλοκτήτην τὸν ἐν Τροίᾳ*, quam Sophoclis fabulam commemorat Hesychius v. ζηλωῶ et *δακτυλοῖς*. Eam vero Boeckhius debebat Satyricis adnumerare. Nam haud facile exputes, quomodo ad Troiam reversus Philoctetes tragoediae potuerit argumentum praebere. Nec repugnant huic coniecturae fragmenta, sed confirmant potius, praesertim si, ut mihi quidem videtur, ad hanc fabulam referenda sunt, quae nescio cuius ad Philoctetam verba non nominato auctore bis commemorat Plutarchus, in Solone c. 20. et in libello, quo quaerit an seni gerenda sit respublica, p. 789. A.

*τίς δ' ἂν σε νύμφη, τίς δὲ παρθένος νέα
δέξαιτ' ἂν; εὖ γοῦν ὡς γαμεῖν ἔχεις τάλας.*
Quae tam parum tragica sunt, ut perperam
Euripidis Philoctetae ab editoribus adscri-
pta esse non dubium videatur.

Sed operae pretium est paucis exponere
de compositione huius tragoediae, de qua
accerrimae fuerunt lites inter summos vi-
ros, eo illae potissimum motae, quod cla-
mores atque eiulatus Philoctetae alii repre-
hendendos, alii defendendos, alii interpre-
tandi quibusdam artificijs etiam removen-
dos existimarunt. Et de hac quidem quae-
stione omnium optime videtur Car. Fr.
Guil. Hasselbachius disseruisse in libello,
quem Germanice scriptum de Sophoclis
Philocteta edidit, quum caeteri, ut solent
qui de poematum vel virtutibus vel vitijs
disputant, multa protulerint, de quibus
poetae, quum faceret illam fabulam, nihil
omnino in mentem venit. Tragici Graeco-
rum eam habebant animo informatam no-
tionem tragoediae, quae est ab Aristotele
in libro de arte poetica proposita. Versari
eam existimabant in insigni facto, in quo
praecipua conspiceretur fortitudo atque ani-
mi magnitudo. Quae quum cernatur ma-
lis perferendis, gravi periculo opus esse in
tragoedia videbant. Commoveri enim mali
magnitudine debent spectatores, ut admirari
possint fortitudinem illius, qui suffert illud
malum. Animadvertiebant autem, imminen-
tis mali metu animos vehementius, quam

conspectu praesentis moveri. Vnde factum est, ut metum Aristoteles in tragoedia requireret. Cum metu autem coniuncta est miseratio. Nam cui metuimus, eum dolemus miserum fieri: quod cadit in illos, quos vel omnino insontes, vel ob culpam scelere vacuam, vel propter crimen impar poenae malis affectos conspiciamus. De fati necessitate, quae mala illa adduceret, non ita sentiebant tragici veteres, ut hodie nonnullis videtur. Nam usi quidem ea sunt saepe, immo plerumque, verum non quod eam in tragoedia necessariam putarent, sed quod, quum omnem hominum vitam fati regi crederent, magna erat ubertas argumentorum, in quibus fati insignes quaedam partes essent: qua opportunitate si non essent usi, tanto id magis mirandum foret, quod eos latere non potuit, mala, quae propter immutabilem fatorum legem evitari non licet, multo terribiora esse iis malis, quorum aliqua tamen declinandi spes est relicta.

Iam ut ad Philoctetam veniam, est profecto huius ad Troiam reductio in difficilioribus argumentis. Nam in quo versatur periculo, id eiusmodi est, ut salutem potius quam mala allaturum sit Philoctetae, nec nisi per ipsius obstinatum in Atridas odium stet, ut liberetur miserrima vitae quam adhuc egit conditione. Vita autem illa et morbus, quamvis magna sint atque intolerabilia mala, tamen ad spectatorum

animos commovendos non sunt valde idonea. Vitae enim omnibus commoditatibus destitutae molestia non nisi diuturnitate dura est, nec quanta sit, facile ab alio aestimatur; dolor autem ex ulcere pedis multo minus aut percipi a quoquam alio, aut animum, ad quem nihil pertinet, tangere potest. Et tamen ita est ea fabula ab Sophocle composita, ut eximie et miseratione et metu commoveamur. Id quomodo ille effecerit, ex his intelligetur. Expositum ab Atridis Vlyssis suasu ante novem annos Philoctetam nunc, ubi et ipso et arcu eius ad Troiam capiendum opus est, reducere idem Vlysses conatur. Qui quum sciat, se Graecosque omnes invisos esse Philoctetae, fraude illum circumvenire studet, instituto ad eam rem Neoptolemo, magni generosique animi adolescente, qui, ut ignotus Philoctetae, tuto ad eum possit accedere. Ita statim ab initio fabulae metuimus Philoctetae, quem indignamur, postquam tot annos misere vixit, nunc non benevolentia aliqua aut misericordia liberari his malis, sed alieni commodi caussa fraudibus circumventum ad id, quod omnium minime velit, compelli; nec possumus non optare, ut illae fraudes vel cum damno Philoctetae irritae reddantur. Provide autem poeta rem ita instituit, ut ab initio omnia ad arcum magis Philoctetae, quam ad virum ipsum capiendum spectent: quippe arcu capto aut sponte ille se traditurus videbatur, ut cui iam victus

inveniendi copia erepta esset, aut vi posse vinci, armis quibus se defenderet adeptis. Ita re praeparata in conspectum prodit ipse ille infortunatus, et quum fera specie sua, tum narratione miseriarum dolorem spectatoribus movet eum, ut iustum esse eius in Atridas et Vlysem odium intelligant: faventque ei tanto magis, quod eum egregie cor datum virum, amicumque amicis, et huic ipsi Achillis, quem carum habuerat, filio eximie benevolum esse vident. Tanto magis autem etiam metus augescit, ubi naucleri habitu ornatus Vlyssis administer fallaciam, quae misero viro paratur, urget, imminere referens illud ipsum periculum, quod praesentissimum adesse spectatores sciunt. Ibi vero, postquam chorus divino carmine et miseriam viri descripsit, et laetissimam celebravit, quam ille iam animo concepit, spem salutis, repente vulneris exardescit aestus: nam illud adhuc reliquum erat ad penitus cognoscenda viri mala, ut etiam horum pedis atrocissimorum cruciatuum sensus tangeret spectatores. Idque eo modo, quo solo recte poterat, instituit poeta, ut Philoctetam, posteaquam frustra opprimere fremitum atque eiulatum studuit, in acutissimos et vehementissimos clamores erumpere, tum autem vi doloris confectum in somnum incidere faceret. Est enim hoc proprium doloris, qui non animi, sed corporis est, ut eo non aliter afficiantur alii, quam quum eos vehemens

dolentis clamor naturae quadam consensione percipit. Ita igitur et miseratione et metu maxime adauctis, ubi iam in eo res est, ut perfici instituta fraus debeat, refugit a tanto flagitio generosi adolescentis animus, ut abiecta simulatione confiteatur peccatum, et propter fidem Atridis datam malit aperte, sed mente benevola, Philoctetam ut secum ad Troiam expugnandam discedat adducere. Quod quum non impetrans iam in eo est, ut opprobriis, precibus, miseratione victus reddere ei arcum velit, Vlysses adveniens eum retinet: qui initio comprehensum Philoctetam vi volens abducere, mox mutata sententia satis habet arcum auferri, ipsum autem virum Lemni relinqui. Neoptolemus vero, arcu adempto sperans Philoctetam mitiorem fore, choro manere apud eum iusso, abit, navim ad discessum instructurus. Ibi Philoctetes in tristissima lamenta erumpit, a fame sibi aut feris interitum imminere videns, siquidem certum ei est non reverti ad exercitum. Quod inexpugnabile in Atridas odium eo minus improbare possumus, quod eum non, uti par erat, precibus ut ad Troiam revertatur adduci, sed fallacia captum, invitum vi compelli videmus. In illo discrimine animi spectatorum in utramque partem metu distracti, ne aut Vlyssi dolus ex sententia cedat, aut certo exitio tradatur Philoctetes, unicam sibi in Neoptolemo spem esse relictam sentiunt. Nec fallit ea.

sed revertitur magnanimus adolescens, digno sua paternaque virtute capto consilio, et, quamvis prohibente Vlysse, arcum reddit Philoctetae, hortaturque ut secum ad exercitum redeat. Quod illo pertinaciter recusante, paratus est fidem, quam per fallaciam ei dederat, exsolvere, eumque reducere in patriam. Ea vero in scena exitum fabulae periclitari videmus. Nam reddito arcu quid porro inveniret poeta? Faceretne Neoptolemum ad Troiam redeuntem, Philoctetam autem Lemni relictum? At illud in eo, cuius modo generosa indole gaudebamus, turpe et periurum foret; hoc autem, praeterquam quod historiae repugnat, finem operi adderet ineptissimum, si tota illa ad Philoctetam reducendum expeditio frustra esset suscepta. An vero victum Neoptolemi adhortationibus Philoctetam introduceret? At ut ea in re multum eloquentiae ostendi potuerit, sentiebat tamen, opinor, vix ulla posse a Neoptolemo, praesertim fallacia paullo ante uso, tam gravia proferri argumenta, quae magnum illud Philoctetae in Atridas odium ita expugnarent, ut illorum iam commodis vellet inservire. Quod ille si faceret, offenderemur inconstantia eius, indignaremurque exitu fabulae nec veri aliquam similitudinem habente, et mirum in modum languido. Quae quum intelligeret Sophocles, eam sibi vidit viam esse ingrediendam, qua neque in Neoptolemo ulla labes resideret, neque Phi-

loctetes ingenio suo excideret, historiae autem ita satisfaceret, ut etiam in fine fabulae aliquid luminis adiiceretur. Itaque Neoptolemum paratum fecit ad Philoctetam in patriam reducendum, sed eo ipso momento introduxit e caelo advenientem Herculem, iubentem ambos id, quod in fatiis sit, perficere. Huius vero admonitioni, qui quo tempore inter mortales versabatur carissimus fuerat Philoctetae, eique hunc ipsum Troiae exitialem arcum amicitiae suae munimentum donaverat, nunc autem in numerum deorum receptus etiam divina auctoritate pollet, resisti nefas esset. Itaque cedit ei Philoctetes, quoque fata iubent abit.

In singulis fabulae partibus, si pauca excipias, in quibus aliquid negligentiae admissum videtur, de quibus est suis locis dictum, caetera praeclara sunt atque eximia: quorum quoniam pleraque eos, qui non abhorrent a poesi, latere nequeunt, de paucis tantum, quae magis recondita videbantur, in adnotationibus admonui. Quod si quis ea consideraverit, quae Dio Chrysostomus oratione LII. de diversa ratione disseruit, qua Aeschylus, Sophocles, et Euripides hoc argumentum tractarunt, merita laude ornatam a Dione fatebitur Sophoclem. Euripidem certe, cuius Philoctetam post Sophocleum scriptum esse non dubium videtur, et inventionem argumenti, et descriptionem morum, et dignitatem orationis, et varietatem ac vim canticorum aliquanto in-

feriorem Aeschylo et Sophocle fuisse, facile vel ex iis, quae Dio et illa oratione, et quinquagesima nona refert, cognosci potest. Ex Latinis poetis Attius scripsit Philoctetam, cuius tragoediae aliquot fragmenta servata sunt, quorum quaedam ita similia sunt iis, quae apud Sophoclem scripta sunt, ut inde expressa esse quibusdam sint visa. At neque illud mirum est, quum fere in iis rebus versentur, quae necessario cum illo sunt argumento coniunctae, et alia fragmenta aperte produnt, non esse Sophoclem ab Attio expressum. Neque vero ille Euripidem videtur sequutus esse, sed Aeschylum, magis illum suo ingenio affinem. Idque etiam e fragmentis videtur colligi posse: de qua re alio loco dicemus.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ
ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΤΟΥ

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΦΙΛΟΚΛΗΤΗΣ

1787

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΦΙΛΟΚΤΗΤΟΥ.

² Απαγωγή Φιλοκτήτου ἐκ Δήμου εἰς Τροίαν
υπὸ Νεοπτολέμου καὶ Οδυσσέως καθ' Ἐλένου
μαντείαν, ὅς κατὰ μαντείαν Κάλχαντος, ὡς εἶ-
δὼς χρησμούςς συντελοῦντας πρὸς τὴν τῆς Τροίας
ἄλωσιν, ὑπὸ Ὀδυσσέως νύκτωρ ἐνεδρευθεῖς,
δέσμιος ἤχθη τοῖς Ἑλλησιν· ἡ δὲ σκηνὴ ἐν Δή-
μῳ. ὁ δὲ χορὸς ἐκ γερόντων τῶν τῷ Νεοπτο-
λέμῳ συμπλεόντων. κεῖται δὲ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ
ἢ μυθοποιῖα. ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλανκίππου. *) πρῶ-
τος ἦν Σοφοκλῆς.

*) Olymp. XCII. 3.

ΛΟΓΗΤΙΚΟΙ ΣΤΑΣΘΟΙ
ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ΧΟΡΟΣ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΣΚΟΠΟΣ ὡς ΕΜΠΟΡΟΣ.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

← Olymp. XCVI. 2

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

Ἀκτὴ μὲν ἦδε τῆς περιζούτου χθονός,
 Λήμνου, βροτοῖς ἄστειπτος, οὐδ' οἰκουμένη,

V. 1. Distinxi commate post χθονός. Explicandi
 caussa deinde additum Λήμνον. Primos duos ver-
 sus affert Suidas v. ἄστειπτος. Iam scholiastes ob-
 servavit oram Lemni desertam intelligi. Neque
 enim totam insulam incolis vacuam dicere potuit
 Sophocles. Quin Aeschylus et Euripides, teste Dio-
 ne Chrysostomo p. 549. D. chorum fabulae ex Lem-
 niis composuerant, et Euripides etiam Lemnium
 quemdam introduxerat, Hectorem nomine, quicum
 aliqua Philoctetae notitia intercederet. Homerus,
 qui Iliad. β. 721 ita dicit, ἀλλ' ὃ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο
 κρατέρ' ἄλγιστα πάσχων, Λήμῳ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθι μιν
 λίπον νῆες Ἀχαιῶν, ἔλκει μοχθίζοντα κακῶ ὀλοό-
 φρονος ὕδρου· ἐνθ' ὄγε κεῖτ' ἀχέων· τάχα δὲ μνη-
 σεσθαι ξυελλόν Ἀργεῖοι παρὰ νηυσὶ Φιλοκτῆτασ' ἀνα-
 κτος· nihil videtur de ista immanitate Graecorum,
 quam Cypriorum scriptor, et inde alii cecinerunt,
 cogitasse, sed relictum ibi iudicasse, quod vulnere
 retineretur. Ac fuerunt, ut scholiastae ex iisque
 Eustathius referunt, qui sperasse Graecos dicerent,

ἔνθ', ὃ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τραφεῖς
 Ἀχιλλέως καὶ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιά
 5 Ποιάντος υἱὸν ἐξέθηζ' ἐγὼ ποτε,
 ταχθεὶς τὸδ' ἔρδειν τῶν ἀνασσόντων ὕπο,
 νόσω καταστάζοντα διαβόρω πόδα·

curatum eum iri a sacerdotibus Vulcani, qui sanare viperarum morsus scivissent. Cypriorum scriptor, ut ex Procli excerptis discimus, ob foetorem ulceris expositum tradidit. Alii, ut rei atrocitatem augerent, in quadam deserta insula relictum dixere. Nam in schol. Ven. ad Iliad. β. 722. sive Catalogi v. 229. scribendum ἐν νησιδίῳ ἐρήμῳ pro ἐν τῇ Σιδίῳ ἐρήμῳ.

V. 3. Nemo hodie de omissa praepositione cogitabit, quum genitivus per se indicet id, unde quid fiat, recteque Buttmannus comparat Eurip. El. 123. κείσαι σᾶς ἀλόγου σφαγείσ.

V. 4. Νεοπτόλεμος hic, ut plerumque, quattuor syllabis pronunciandum. Cave vero pronuncies Νουπτόλεμος, quod inauditum Graecis, sed, ut in πόλεως aliisque vocibus, audiri quidem s debet, sed ita correptum, ut non sit syllabae loco. Elmsleium miror, qui quod metri necessitas plerumque facere coegit tragicos, semper faciendum fuisse putat, ut in adnot. ad Eurip. Iph. T. 824. et in censura Hecubae Porsoni p. 70. (251. ed. Lips.) Orestis versum 1655. Νεοπτόλεμος γαμεῖν νιν, οὐ γαμεῖ ποτέ, corruptum esse censeat. Caeterum errare, si quis Μηλιεῖς et Μαλιεῖς diversos putet, ostendit Palmerius in Exerc. p. 275. Doricam formam, ut usu vulgarem, adspernatos esse tragicos, monitum ad Trach. 193.

V. 6. Pro ὕπο cod. Ven. πάρα.

V. 7. Αἰ. 10. κᾶρα στάζων ἰδρῶτι καὶ χέρουσι ξιφοκτόνοισι. Affert haec de Philocteta verba Philo-

- οὐτ' οὔτε λοιβῆς ἡμῖν, οὔτε θυμάτων
 παρῆν ἐκῆλοις προσθίγειν, ἀλλ' ἀγρίαις
 10 κατεῖχ' αἰεὶ πᾶν στρατόπεδον δυσφημίαις,
 βοῶν, στενάζων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
 λέγειν; ἀκμὴ γὰρ οὐ μακρῶν ἡμῖν λόγων·
 μὴ καὶ μάθῃ μ' ἤκοντα, κἀκχέω τὸ πᾶν
 σοφισμα, τῷ νιν αὐτίχ' αἰρήσειν δοκῶ.
 15 ἀλλ' ἔργον ἤδη σὸν τὰ λοιπ' ὑπηρετεῖν,
 σκοπεῖν θ', ὅπου 'αὐτ' ἐνταῦθα δίστομος πέτρα

stratus p. 889. ult. ed. Olear. et respicit Eustath. p. 329, 41. (249, 38.)

V. 9. *Προσθίγειν*, a Brunckio illatum, servatum ab Erfurdio, iure nuper e caeteris libris correctum.

V. 12. Apud Suidam, qui haec usque ad σοφισμα in v. ἀκμὴν affert, legitur ἀκμὴν. In Ai. 822. οὐχ ἔδρας ἀκμὴ. Comparari potest etiam Oed. Col. 1163. οὐ γὰρ ἦδ' ἔδρα συμμοσὸς λόγου.

V. 13. Fallitur novissimus editor, I. Pr. Matthaei, quum verba μὴ καὶ μάθῃ Germanice interpretatur, dass er ja nicht erfahre. Sic potius debet: dass er nicht noch erfahre. Breviter enim per particulam καὶ significatur, quod explicatius dictum, huiusmodi est: ne quum alia forte incommoda accidant, tum etiam hoc, ut me praesentem esse comperiat. Infra v. 46. μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσόν. Aeschylus S. ad Th. 662. ἀλλ' οὔτε κλαίειν, οὔτ' ὀδυρεσθαι πρέπει, μὴ καὶ τεκνωθῆν δυσφορώτερος γόος. — Quae sequuntur Vlyssis verba respicit Eustathius p. 773, 22. (638, 33.)

V. 15. "Ἐργον ἤδη σὸν, non σὸν ἔργον ἤδη dixit, quia σοφισματι opponit ἔργον: effectio doli, quem excogitavi, iam tua est.

V. 16. Non patuit h. l. dici ὅποι, quod putasse videtur Elmsleius ad Eurip. Iph. T. 110. Idem ad

τοιᾶδ', ἴν' ἐν ψύχει μὲν ἥλιον διπλῆ
 πάρεστιν ἐνθάκῃσις, ἐν θέρει δ' ὕπνον
 δι' ἀμφιτροῆτος ἀλλίου πέμπει πνοή.
 20 βαιὼν δ' ἐνεοθεν ἐξ ἀριστερᾶς τάχ' ἄν
 ἴδοις ποτὸν κρηναῖον, εἴπερ ἐστὶ σῶν.
 ἄ μοι προσελθὼν σῖγα, σήμαιν', εἴτ' ἔχει

Med. 1326. ostendit, πέτραν saepe ita dici, ut an-
 trum significet. Nempe videmus fere spelun-
 cas esse saxis structas asperis penden-
 tibus. Mala scriptura cod. Harl. ὀπότ' ἐντ'.

V. 17. Spelunca illa pervia erat, patens et ori-
 enti soli et occidenti, ut, ubi frigus esset, in an-
 temeridiano et pomeridiano sole sedere posset Phi-
 loctetes, quae est ἥλιον διπλῆ ἐνθάκῃσις in ae-
 stivo autem calore perflans aura ad somnum in-
 vitaret.

V. 19. Suidas: ἀμφιτροῆτον, τὸ ἐξ ἐκατέρων τῶν
 μερῶν τετραμῆνον ἄντρον. At Sophocles ἀμφιτροῆς,
 masculini et feminini generis nomen genere neu-
 tro usurpavit: de qua ratione vide Lobeck. ad Ai.
 323. Ald. Colin. Iunt. prima ἀμφιτροῆτος.

V. 22. Quum Porsonus ad Hec. 347. paucos in
 tragoedia versus inveniri observasset, quorum in
 medio quinto pede vocabulum plurimum syllabarum
 longa syllaba terminaretur, cui vitio tollendo mi-
 ras adhibet machinas in praefatione ad eam fabu-
 lam, quum non vidisset, praegressa paullo ante
 interpunctione recte se habere talem trimetri
 exitum, de qua re dictum in Elem. D. M. p. 114.
 hunc quoque versum, qui omni vitio caret, corrup-
 tum iudicavit Elmsleius in censura Hecubae Por-
 soni p. 77. (258. ed. Lips.) et in adnotatt. ad Ai.
 p. 478. (323. ed. Lips.) corrumpit autem Porsonus
 apud Dobraeum ad Aristoph. Plut. 598. σημαίνειν
 comiciens, ut εἴτε ad ἔχει suppressum sit. Caeterum

χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλη κυρεῖ·
 ὡς τὰπίλοιπα τῶν λόγων σὺ μὲν κλύης,
 25 ἐγὼ δὲ φράζω· κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴη.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἄναξ' Ὀδυσσεῦ, τοῦργον οὐ μακρὰν λέγεις.
 δοκῶ γὰρ οἶον εἶπας ἄντρον εἰσορᾶν.

ΟΛΥΣΣΕΤΣ.

ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν; οὐ γὰρ ἐννοῶ.

falli qui cum glossatore ἔχει pro κατοικεῖ dictum putant, recte monuit Buttmannus. Non de Philocteta hic sermo est, sed ante omnia quaerere iubet Vlysses, locus sitne is, quem illum habitare sciebat, an non sit. Itaque quod brevius dici poterat, ἂ σήμαινε εἴτε οὕτως ἔχει, εἴτε ἄλλη, sic dixit, ut pro adverbio illa poneret, χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε. Id plenius dicas ἂ εἴτε ἔχει ὄντα πρὸς αὐτὸν τόνδε χῶρον. Vide ad Eurip. Bacch. 1032.

V. 23. Codd. Ven. Par. τόνδ'.

V. 24. Idem codd. cum edd. vett. κλύεις. MS. Harl. κλύεις. A Brunckio ex cod. B. resitutum κλύης, et mox ἴη, pro quo codd. et edd. vett. εἴη. Verae scripturae vestigia in scholiastae caeteroquin imperita adnotatione: κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν εἴη. ποιοῖτο. διανοοῖτο. προβαίνοι. ἢ εἴη. οἱ τραγικοὶ γὰρ τῆ εἰ διφθόγγῳ χροῶνται ἀντὶ βραχέας.

V. 26. Scholiastes: τοῦργον οὐ μακρὰν. οὐ μακροῦ πόνου δεόμενον. ἤδη γὰρ εἰσεῖδον τὸ ἄντρον ὃ λέγεις. Et glossa: οὐ μακροῦς διδαχῆς δεόμενον. Vnde Gedikius et Wakefieldius μακρὸν, quod Buttmannus solum putat aptam sententiam praebere. Recte libri. Aeschylus Agam. 1659. τοῦργον οὐχ ἐκὰς τόδε.

V. 28. Οὐ γὰρ ἐννοῶ, non intelligo, inquit, utrum supra an infra. Eadem verba in Oed. R. 559.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τόδ' ἐξῦπερθε, καὶ στίβου γ' οὐδεὶς τύπος.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

30 ὄρα, καθ' ὕπνον μὴ κατακλιθεὶς κυρῆ.

V. 29. Τόδε, scilicet ἄντρον, quod est demonstrantis, ut consuerunt loqui, significans hic. Καὶ στίβου γ' e Triclinii recensione est. Cod. Harl. et edd. vet. καὶ στίβου τ'. Id non propter particulas καὶ - τς, quae atque etiam, sive magis proprie etiamque significant, sed quia negatio sequitur, improbandum. Recte enim καὶ - τς isto significatu dicitur, sed non facile reperias negatione sequente, quia tum οὐδὲ potius dici solet. Pro τύπος, quae vulgata scriptura est, MS. Morelli, ut refert Gedikius, et codd. Ven. Par. κτύπος: quod Buttmannus, cui semita hic dici videtur, perquam incommodum putat. Defendit Wunderus: nam si saxa sint, non posse vestigium cerni; sin arena, quomodo novem annorum spatio non esse semitam factam? denique responcionem Vlyssis arguere, κτύπος legendum esse. At permirum foret, Neoptoleum, ut non adesse Philoctetam indicaret, strepitum incedentis audiri nullum dicere. Multo enim veri similis erat sedere aut recubare hominem aegrotum. Nec στίβος tantum semitam, sed proprie vestigium significat. Itaque hoc dicit, nullum conspici vestigium, unde aut introiisse illum aut exiisse appareat. In eo non argutandum, quae soli conditio fuerit. Tale enim fingi, in quo cerni vestigia possint, verba indicant. Non utitur autem adversativa particula, quia timere Vlysem Philoctetae praesentiam scit. Vnde consentaneum erat dici, est hic spelunca, et quidem vacua.

V. 30. Schaeferus Melet. cr. p. 115. coniiciebat κυρεῖ. Recte se habere librorum scripturam,

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὄρῳ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

οὐδ' ἔνδον οἰκοποιός ἐστὶ τις τροφή;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

στειπτή γε φυλλὰς ὡς ἐναυλίζοντί τῶ.

ostendi ad Vigerum not. 270. Vide etiam Elmsleii addenda ad Medae v. 310. Idem de productione syllabae brevis in verbo κατακλιθεῖς dixit in censura ed. meae Eurip. Supplicum ad v. 296.

V. 31. Rei accuratius describendae caussa sic loquitur. Ita in Oed. R. 56. ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς, ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

V. 32. Brunckius tacite οὐκ. Scholiastes: οἰκοποιός. οἰκοποιός λέγεται ἢ ἐν οἴκῳ γενομένη τροφή. Tacent interpretes. Neque τροφή hic nutrimenta significare potest, neque οἰκοποιός contra caeterorum compositorum analogiam passive intelligi: neque enim αὐτοποιός huc referri potest in Oed. Col. 698. sed, ut ex iis quae respondet Neoptolemus apparet, τροφή omnem victum apparatusque, quo ad vitam sustentandam opus est, notat, οἰκοποιός autem active dictum videtur, ut comprehendat utensilia, quibus locus aliquis in modum domus instruat.

V. 33. Χαμαὶ στρωτὰι φυλλάδες ex h. l. commemoratae Eustathio p. 434, 11. (329, 50.) στειπτή φυλλὰς p. 778, 54. (689, 15.) Idem p. 806, 57. (727, 11.) verba ὡς ἐναυλίζοντί τῶ afferens, activum pro passivo positum observat. Pollux I. 73. in verbis, quae huiusmodi quid significant, et ἐναυλίσαι et ἐναυλίσασθαι commemorat, sed activi, praeter hunc Sophoclis locum, non vidi exemplum, ut verear, ne id non, ut medium, stationem aut stratum habere, sed stratum facere significet. Caeterum

ΟΛΥΣΣΕΤΣ.

τὰ δ' ἄλλ' ἔρημα, κούδέν ἐστ' ὑπόστεγον; x 1130

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

35 αὐτόξυλόν γ' ἔπωμα, φλανρούργου τινός 1 000
τεχνήματ' ἀνδρός, καὶ πυρεῖ' ὁμοῦ τάδε.

de dativo miror Buttmannum ambigere, utrum sit qui commodi vocatur, an ex omisso participio, ut *παρεσκευασμένη*, pendeat. Immo pendet ex adiectivo *στειπτή*.

V. 35. Verba αὐτόξυλον ἔπωμα affert Eustathius p. 1352, 17. (1457, 34.) Deinde Ald. Iuntinae, aliaeque vet. edd. sic, φλανλούργου. Triclinii recensio φανλούργου. Cod. Par. in quo γ' abest, φαλούργου. Brunckius et Erfurdtius, φλανρούργου. Moschopulus Dictt. Att. v. φαῦλον sic: φαῦλον, τὸ ἄτεχνον, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ, δέπας φανλουργου τέχνης. Suidas v. φλανρότατον: καὶ φανλουργός, ὁ μικρὰ κακὰ (scribe καὶ κακὰ) ἐργασάμενος. Σοφοκλῆς φλανρουργου τινος περὶ τεχνήματ' ἀνδρός. Cod. Leid. παρατεχνήματ' ἀνδρός.

V. 36. Plurali offensus Brunckius ex coniectura dedit, ἀνδρός τέχνημα. Defensa iure est librorum scriptura a Wakefieldio Silv. crit. IV. p. 48. seqq. et Porsono in Append. ad Toupium Em. in Suid. p. 502. atque ad Orest. 1051. Verba πυρεῖα ὁμοῦ τάδε cum sequente versu affert Suidas v. πυρεῖον. Πυρεῖα igniaria sunt, quae hic non lignea videntur intelligenda esse, de quibus dixere Salmas. in Exerc. Plin. p. 126. Casaub. Lectt. Theocr. c. 20. Wesseling. ad Diod. S. V. 67. sed silices, ex quibus ignis eliciebatur: v. v. 296. nec solum hi, sed etiam quae accensi ignis reliquiae probebant, quem illi silices usum haberent, ut carbones, cineres: ut perridicula sit dubitatio, quae a quibusdam excitata est de repugnantia, quae sit inter hunc locum et v. 296. Sed ita sunt homines do-

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

κείνου τὸ θησαύρισμα σημαίνεισ τὸδε.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λοῦ λοῦ· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ξάκη, βαρείας τοῦ νοσηλείας πλέα.

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

40 ἄνῆρ κατοικεῖ τοῦσδε τοῦσ τόπους σαφῶσ,

cti et libris abditū, ut, si de igni ex lapidibus vel lignis extundendo meditentur, non cogitent etiam materia opus esse, quae excipiat illum ignem.

V. 37. Cod. Harl. *μαίνεις*. Apud Suidam v. *πυρεῖον*, legitur *σημαίνει*, ut quum Suidas hunc verbum verbis proxime praegressis continuat, videri possit haec pro Neoptolemi verbis habuisse. Quod non est absurdum, modo deinde Vlysses aliquid responderet. Sed quum mos tragicorum vix patiatur, omnia illa, quae v. 55 — 39. continentur, nihil interloquente Vlysse, a Neoptolemo dici, recte libri versum 37. Vlyssi tribuunt: signum interrogandi vero, quod edd. veteres huic versui adiciunt, recte primum Turnebi ed. omisit. Sensus non recte cepit Brunckius, qui vertit: viri totam supellectilem narras scilicet. Ipse enim ordo verborum docet, hoc dicere Vlysem: ipsius has dicis divitias: i. e. ipse est, quem quaerimus, Philoctetes, ut ex hac eius supellectile intelligo. Mox, ubi de pannis accipit, idem etiam confidentius dicit, ut omni dubitatione exempta.

V. 38. Recte Gedikius *ἄλλα* interpretatur, praeter poculum et igniarium etiam pannos. Qui usus huius nominis non, quasi rarus sit, sed propterea notandus est, quia hic locus, quum omnem aliam interpretationem excludat, apertissime eum confirmat. Dici enim vix potest, quoties haec ratio huius nominis viros doctos fefellerit.

V. 40. Ne quem Buttmani adnotatio ad h. l.

κᾶστ' οὐχ' ἐκάς που. πῶς γὰρ ἂν νοσῶν ἀνὴρ
κῶλον παλαιᾶ κηρὶ, προσβαίη μακρᾶν;
ἀλλ' ἢ πὶ φορβῆς νόστον ἐξελέλυθεν,

et in uberiore Gr. gr. p. 120. conturbet, operae pretium duxi monere, alia nomina apud tragicos modo habere articulum, modo non habere, etiam ubi non sunt infinite dicta, sed ad unam certam rem referuntur, alia autem constanter et necessario sibi postulare articulum in re certa designanda, neque carere eo, nisi, ubi infinite de quavis re accipi possunt. In his esse nomen ἀνὴρ, ubi virum aut hominem, non maritum significat, non poterit dubitare, qui reputaverit, nusquam illud nomen in iis partibus tragoediae, quae Atticam linguam habent, prima longa inveniri, nisi ubi cum articulo coalescat; nusquam, ubi ea syllaba brevis sit, opus esse articulo; nusquam in casibus obliquis non addi articulum, ubi de certo viro sermo sit.

V. 42. Haeserunt interpretes in verbo προσβαίη, quod videbatur potius προσβαίη dicendum fuisse. Sed recte dictum. In mente enim habebat Vlyses, quod modo dixerat, κᾶστ' οὐχ' ἐκάς που: id si non dixisset, sic potius loquutus esset, ποῖ γὰρ ἂν προσβαίη μακρᾶν. Nunc autem, ubi iam significavit, in propinquo aliquo loco esse Philoctetam, recte pergit: quomodo enim ad remotum locum accesserit homo veteri ulcere laborans?

V. 43. Neminem, qui vel aliquem usum Graecae linguae habeat, dubitaturum puto, quin ἐπὶ νόστον φορβῆς ἐξελέλυθεν significet, in viam, qua victum quaereret, se contulit, i. e. breviter, ad victum quaerendum exiit. Νόστος pro via et itinere simpliciter saepius apud tragicos positum, ut in Iphig. Aul. 966. 1261. Rhés. 427. et sic etiam νοστεῖν in Helena v. 481. 897. Schaeferus in

ἢ φύλλον εἴ τι νόδυνον κάτοιιδέ που.

- 45 τὸν οὖν παρόντα πέμψον εἰς κατασκοπήν,
μὴ καὶ λάθῃ με προσπεσόν· ὡς μάλλον ἂν
ἔλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους μολεῖν.

Melet. cr. p. 90. comparat Orphei Arg. 141. (144.) νόστον δ' οἴκοιο λαθῆσθαι, quo loco ut νόστος οἴκοιο recte dictum sit, non vincet tamen Musgravii, quam affert, adnotatio ad Eurip. Alc. 196. ut non νόστον scribendum sit. Vide Erfurdium ad Oed. R. 898. Toupii in Sophoclis loco coniecturam, *μαστύν*, Brunckius rectius propter correptionem ultimae syllabae, nisi fallor, reprehendisset, quam quod Attici ab huius formae usu abhorrerent. Σώφρονιστύος ἔνεκα certe apud Platonem exstat de Legg. XI. p. 935. extr.

V. 45. Cod. Harl. *κατασκοπόν*. Ἐς pro εἰς Brunckius.

V. 46. Vide ad v. 13.

V. 47. Brunckius Triclinianorum librorum scripturam *λαβεῖν* adscivit, quem sequutus est Buttmannus, iure ille quidem improbens Erfurdium, qui quod recepit *μολεῖν*, quod est in membranis Brunckii, in cod. Harl. edd. Ald. et reliquis veteribus, sic interpretatus est: ad me venire malit, scilicet ut meprehendat. Alia his accedit scriptura cod. Par. *λαβών*, non mala. Sed sincerum est *μολεῖν*, modo recte intelligatur. Hoc enim dicit Vlysses: magis enim ille cupiat me, quam quosvis alios Graecorum huc venisse, quippe de me ante caeteros omnes vindictam sumpturus. Ne *ἔλοιτ' ἔμ' ἢ τοὺς πάντας* scriberet, Buttmannum librorum consensus videtur retinuisse. Recte vero libri. Licet enim oppositiones valde ament Graeci, tamen bene tenendum, ubi apertum est de quo sermo sit, saepissime pronomen encliticum praeferrí,

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἔρχεται τε, καὶ φυλάσσεται στίβος.
 σὺ δ' εἴ τι χορήσεις, φράζε δευτέρῳ λόγῳ.

ΟΔΤΣΣΕΥΣ.

- 50 Ἀχιλλέως παῖ, δεῖ σ' ἔφ' οἷς ἐλήλυθας
 γενναῖον εἶναι, μὴ μόνον τῷ σώματι,
 ἀλλ' ἦν τι καινὸν ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας
 κλύης, ὑπουργεῖν, ὡς ὑπηρέτης πάρει.

oppositionem autem in altera tantum parte sententiae fieri. Sic in illo Homeri, ἦ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ. De illa ratione dicendi permulta congeri possent: sed satis est, attentum lectorem verbo monuisse. Quaedam in eam sententiam attulit Wunderus p. 49. Brunckium merito mirere, qui quamvis alias saevire in pronomina enclitica solitus, hic librorum scripturam servaverit.

V. 49. Neoptolemus, doli quem Vlysses parabat ignarus, ubi pedisequum suum ire ad observandum significavit, Vlysses iubet, si quid amplius velit, nunc proferre. Is est δεύτερος λόγος. Εἴ τι χορήσεις minus accurate interpretatur Buttmanus per ὅ τι δῆ. Neque enim hic quidquid velit, quasi id nihil referat, sed si quid velit Vlysses, dici sibi iubet Neoptolemus.

V. 52. Καινὸν ut effectum adiicit: i. e. ἦν τι ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας, ὥστε καινὸν εἶναι, κλύης.

V. 53. Elegans est, quam Erfurdius recepit, Musgravii coniectura, οἷς ὑπηρέτης πάρει, sed non necessaria. Neque enim ὑπηρέτης ubique ministrum, sed saepe adiutorem significat. Itaque hoc dicere putandus est Vlysses; oportet te, si quid praeter expectationem tuam dixerō, obsequi, ut qui mihi adiutor datus sis. Confirmat ipse Neoptolemus v. 93.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δῆτ' ἄνωγας;

ΟΛΤΣΣΕΥΣ.

τὴν Φιλοκτῆτου σε δεῖ

- 55 ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων.
 ὅταν σ' ἐρωτᾷ τίς τε καὶ πόθεν πάρει,
 λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς· τὸδ' οὐχὶ κλεπτέον·
 πλεῖς δ' ὡς πρὸς οἶκον, ἐκλιπῶν τὸ ναυτικόν

V. 54. De hac locutione, δεῖ σ' ὅπως ἐκκλέψεις, vide ad Ai. 653. Ἐκκλέψεις pro vulgato ἐκκλέψης recte Brunckius e cod. B. De verbis λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων frustra motae sunt dubitationes a viris doctis. Erfurdus quod ex Gedikii coniectura posuerat, δόλοισιν, repudiavit ad Oed. R. 65. eiusmodi usus argumento, ut id iure improbatum sit a Buttmanno, cui placet, quod Matthiae coniecerat, τὴν Φιλοκτῆτου σε δεῖν ψυχὴν ἔπος λόγοισιν ἐκκλέψεις, λέγω. Putat enim mox scribendum esse praeunte cod. Harl. ὅταν τ' ἐρωτᾷ. Confirmare quodammodo istam coniecturam videatur cod. Par. a Bekkero collatus, in quo est ἐκκλέψης λέγω δ'. At et λόγοισιν sanum est et λέγων, sed non sunt coniungenda haec verba. Nam λόγοισιν ad ἐκκλέψεις pertinet, λέγων autem additum eo modo, quo solent huiusmodi participia addi, ut non abundant, sed explicent rem. Λόγοισιν ἐκκλέπτειν est fictis narrationibus fallere. Ad id additum λέγων, ut potuerit etiam sic dicere, ὅπως ἐκκλέψεις, λόγους λέγων, i. e. ficta dicens. Λόγους enim constat ἔργοις, factis, rebus veris, opponi.

V. 56. Cod. Harl. ὅταν τὲ ἐρωτᾷ. Male. Nam universe indicato quid sequenturum sit, id quod sequitur adiici sine copula solet. De quo more quum alibi, tum ad Euripidis Bacchas dictum.

V. 58. Ὡς πρὸς οἶκον hic proprie dictum

Soph. Vol. VI.

B



- στράτευσ' Ἀχαιῶν, ἔχθος ἐχθήρας μέγα,
 60 οἷ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν,
 μόνην ἔχοντες τήνδ' ἄλωσιν Ἰλλίου,
 οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὄπλων
 ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ,
 ἀλλ' αὐτ' Ὀδυσσεῖ παρέδοσαν· λέγων ὅσ' ἂν
 65 θέλης καθ' ἡμῶν ἔσχατ' ἔσχάτων κακά.
 τούτων γὰρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς· εἰ δ' ἐργάσει
 μὴ ταῦτα, λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς.

est, i. e. quasi domum. Cogitationem enim significat particula ὡς. Sed multo usu factum est, ut aliquando etiam ibi usurparetur, ubi non opus esset respici id quod quis in mente haberet.

V. 60. Ἐξ οἴκου cod. T. apud Brunckium, Venetus, edd. Steph. et quae hanc sequuntur. Caeteri veteres libri et Turn. Brunck. ἐξ οἴκων.

V. 61. Tricliniani libri, μόνην δ' ἔχοντες τήνδ'. Codex Par. a Bekkero collatus μόνην δ' ἔχοντες τήν.

V. 62. Conflata oratio ex duabus locutionibus. una, οὐκ ἠξίωσάν σε τῶν Ἀχιλλείων ὄπλων, et altera, οὐκ ἠξίωσάν σοι δοῦναι τὰ ὄπλα.

V. 64. Cod. Par. a Bekkero collatus λέγ'. Παρέδοσαν, petenti permiserunt.

V. 66. Hic quoque miror, Buttmannum τούτων scribingendum iudicasse, neque animadvertisse, τούτων οὐδὲν coniuncta cum verbo ἀλγυνεῖς esse construenda. Sic in Aiace v. 1107. καὶ τὰ σέμν' ἔπη κόλας' ἐκείνους. Confusis in unam duabus locutionibus orta haec dicendi ratio, pro οὐδὲν τούτων λέγων ἀλγυνεῖς με. De hoc quoque loco recte iudicavit Wunderus. Cod. Ven. ἀλγυνεῖ.

V. 67. Vix opus est moneri, μὴ non cum ταῦτα, sed cum ἐργάσει coniungendum esse. Neque enim, si aliud faciat, sed si non faciat hoc, quod modo dictum sit, affligi exercitum Graecorum necesse

- εἰ γὰρ τὰ τοῦδε τόξα μὴ ληφθήσεται,
 οὐκ ἔστι πέρσαι σοι τὸ Δαρδάνου πέδον.
 70 ὡς δ' ἔστ' ἔμοι μὲν οὐχί, σοὶ δ' ὀμίλια
 πρὸς τόνδε πιστὴ καὶ βέβαιος, ἔκμαθε.
 σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενί,
 οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τοῦ πρώτου στόλου.
 ἔμοι δὲ τούτων οὐδέν ἐστ' ἀρνήσιμον.
 75 ὥστ', εἴ με τόξων ἐγκρατὴς αἰσθήσεται,
 ὄλωλα, καὶ σὲ προσδιαφθερῶ ξυνών.

est. Βαλεῖς pro composito ξμβαλεῖς dictum, ut βαλῶν in Phoen. 1530. σκότον ὄμμασι βαλῶν, pro ξμβαλῶν, quem locum Buttmannus attulit.

V. 72. Vlysses, timorem suum dissimulans, probabiles rationes praetexit, cur in conspectum Philoctetae venire nolit. Ad ἔνορκος scholiastes adnotavit: ὄμοσαν γὰρ τῷ Τυνδάρεω πάντες οἱ Ἕλληνες συνελθεῖν, ἐὰν ἀρπασθῇ ἡ Ἑλένη. Nobile quidem inter Graecos fuit illud sacramentum, ut ex Euripidis Iphigenia in Aulide constat, sed hic nescio an praestet fidem Agamemnoni datam a ducibus Graecorum intelligi, quam respicit etiam Homerus Iliad. β. 339. Quamquam ibi quoque veterum quidam Tyndarei illud sacramentum dici existimant. Sunt autem quae Vlysses affert, tria, quae Neoptolemo non sint cum aliis communia, primum, quod non iuravit se socium belli fore, secundum, quod non imperio coactus cuiusquam ivit: tertium, quod non fuit in iis, qui primum Troiam oppugnatum profecti sunt. Horum secundum nihil ad Vlysem, sed primum et tertium. Nam qui iureiurando obstrictus esset, eum non visum iri Philoctetae redire in patriam, re nondum confecta; qui autem in prima navigatione fuisset, in qua expositus est Philoctetes, eum non posse ab illo non hostem iudicari. Itaque τούτων οὐδέν ad haec duo potissimum referendum est.

- ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ σοφισθῆναι, κλοπεύς
 ὅπως γενήσεται τῶν ἀνικητῶν ὅπλων.
 ἔξοιδα καὶ φύσει σε μὴ πεφυκότα
 80 τοιαῦτα φωνεῖν, μηδὲ τεχνᾶσθαι κακᾶ.
 ἀλλ' ἡδὺ γὰρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν,

V. 79. Particula καὶ quum aliquid offensionis habere visa esset, Gernhardus δὴ, Erfurdcius παῖ, Buttmannus, cui etiam asyndeton displicet, μὲν coniecerunt. In asyndeto nihil est, quod vituperes. Nam ipsum illud verbum ἔξοιδα pro copula est, quod etiam alias in linguas translatum sic usurpatur, ut significet, verum quidem est. Παῖ facilis est et aptissima huic loco coniectura. Nam etsi, ubi non proprie filius intelligitur, sed benevolentis est appellatio ista, ὃ παῖ dici solet, tamen etiam sine illo ὃ dici videmus παῖ, et nescio an usquam saepius, quam in hac ipsa traegodia: vide v. 201. 268. 372. 589. 776. 804. 931. Br. Καὶ tamen defendi potest, quia hoc in mente habet Vlysses, non modo non assuetum esse dolis Neoptolemum, sed etiam natura sua ab iis abhorere. Itaque dicit, non sum nescius, vel natura te non ad huiusmodi dicta factum esse. Nos: ich weiss, dass du schon von natur nicht zu solchen reden gemacht bist. De illo φύσει πεφυμέναι Erfurdcius adnotavit disseruisse Wopkensium Lectt. Tull. p. 287. addens Batonem apud Athen. p. 163. C.

V. 80. Cod. Ven. φωνεῖν.

V. 81. Pro τοι codd. Ven. Par. τι. Non recte in fine versus vulgo plene interpungi, monuit Buttmannus, commemoratis, qui de constructione particularum ἀλλὰ γὰρ disputarunt, Schaefero in Melet. cr. p. 77. et Elmsleio ad Heracl. 481. Quid difficultatis in hoc loco sit, sensit Wakefieldius; deesse enim articulum nomini κτῆμα: sed male

τόλμα· δίκαιοι δ' αὐθις ἐκφανοῦμεθα.
 νῦν δ' εἰς ἀναιδὲς ἡμέρας μέρος βραχὺ
 δός μοι σεαντόν, κατὰ τὸν λοιπὸν χρόνον
 85 κέκληθο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν.

ΝΕΟΠΙΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ μὲν οὖς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων,

ille, quod fieri non potest, τῆς νίκης λαβεῖν coniunxit. Plana foret sententia, si legeretur, ἀλλ' ἦδὺν γὰρ τὸ κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν. Sed non videtur τοί, quae aptissima hic vox est, mutandum esse. Itaque de eo quaeritur, utrum ἦδὺν solum, an coniuncta verba ἦδὺν κτῆμα pro praedicato habenda sint. Ac non videtur ἦδὺν solum posse. Nam quia ἡ νίκη non aliquam victoriam, sed victoriam universe significat, κτῆμα habere deberet articulum, ut non aliquam, sed omnem indicaret adeptionem. Ex quo consequitur, coniuncta illa vocabula ἦδὺν κτῆμα praedicati loco esse. Id ne cui mirum ac potius incredibile videatur, tenendum est, in tali locutione ex praedicato illo intelligi debere subiectum τὸ κτῆμα. Plane eodem modo loquutus est Euripides Androm. 181. ἐπιφθονόν τι χρῆμα θηλειῶν ἔφν. Sic recte Matthiae pro vulgato τὸ χρῆμα θηλειῶν. Et in Phoenissis v. 206. φιλόψογον δὲ χρῆμα θηλειῶν ἔφν. Vbi in quibusdam libris γένος pro ἔφν positum, supplevit quod intelligendum est. Itaque sensus est: victoriae dulcis res est ad adipiscendum. Sic enim Latini. Plautus Amph. II. 2, 1. Satin parva res est voluptatum in vita atque in aetate agunda, praequam quod molestum est.

V. 86. 87. In his versibus dupliciter erravi ad Hecubam v. 485. semel, quum σῶν pro τῶν scribendum dixi, qui error correctus est ad Vigerum nota 52. iterum, quum τοῦσδε, ut caeteri ante

Λαερτίου παῖ, τοὺς δὲ καὶ πράσσειν στυγῶ.

Buttmannum interpretes, pro τούτους positum putavi, mutarique ad hoc exemplum volui Euripidis versum. Primus Buttmanus vidit, non τοὺςδε ut vulgo, sed τοὺς δὲ scribendum esse: sed in exemplis, quibus utitur, non nisi hoc unum est, quod plane cum Sophoclis loco comparari possit, Iliad. ζ. 146. οἷη περ φύλλων γενεή, τολή δὲ καὶ ἀνδρῶν. Nam in illis duobus, Iliad. κ. 489. ἀτάρ πολύμητις Ὀδυσσεύς, ὄντινα Τυδείδης ἄορι πλήξειε παραστάς, τὸν δ' Ὀδυσσεὺς μετόπισθε λαβῶν ποδῶς ἐξερούσασκεν, et Hesiodi O, et D. 295. ὅς δὲ κε μήτ' αὐτὸς νοήη μήτ' ἄλλου ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὐτ' ἀχρηῖος ἀνήρ, particula δὲ videri potest repetitio esse praegressi δὲ vel ἀτάρ, de quo genere disputavit idem Buttmanus nuper ad Demosth. Or. in Mid. p. 152. in egregio excursu, quo de usu illo particulae δὲ disseruit. Sed quam ibi proposuit huius rationis explicationem, eam ego valde quaesitam esse puto. Nam particula δὲ quod oppositum requirit, id non ubique contineri praegressis verbis, vel hic Sophoclis locus docet. Is ex Buttmanni sententia sic esset explicandus: τοὺς μὲν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τοὺς δὲ καὶ πράσσειν στυγῶ. Atqui non hoc dicit Neoptolemus, si haec in duas enunciationes distrahuntur, sed hoc: ἀλγῶ μὲν κλύων λόγους τινάς· τούτους δὲ καὶ πράσσειν στυγῶ. Idque ipse voluerit Buttmanus necesse est, qui τοὺς hic pro τούτους accipiendum monuerit. Mihi ista multo facilius et simplicius explicari videntur, si particulam δὲ referri putamus ad suppressam aliquam partem sententiae, quae qualis sit, non potest dubium esse, quum opposita esse debeat ei, in qua est δέ. Eaque interpretandi ratio non modo omnibus convenit exemplis, sed quadrat etiam in eum modum, quo talia Latine dicuntur.

ἔφην γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς,
 οὔτ' αὐτός, οὔθ', ὡς φασιν, οὐκφύσας ἐμέ.
 90 ἀλλ' εἴμ' ἔτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ' ἄγειν,
 καὶ μὴ δόλοισιν. οὐ γὰρ ἐξ ἐνὸς ποδὸς
 ἡμᾶς τοσοῦσδε πρὸς βίαν χειρῶσεται.
 πεμφθεῖς γε μέντοι σοὶ ξυνεργάτης, ὄκνω

Sic enim illi: ego quidem quae audire in-
 dignor, ea vero etiam facere odi. Haec
 Graece si plene dicas, ita habebunt: οὐδ' ἂν τῶν
 λόγων ἀλγῶ κλύων, ἄλλους μὲν οὔ, τούτους δὲ
 καὶ πράσσειν στυγῶ. Ita esse, paucis aliis exem-
 plis confirmabo. Euripides Iph. T. 420. γνώμα
 δ' οἷς μενέκαιρος ὄλβον, τοῖς δ' εἰς μέσον ἦκει.
 Sic legendum. Qui opportunum tempus,
 inquit, quaerendarum opum exspectant,
 his vero (non autem aliis) ultro obtingunt.
 Soph. Trach. 22. ἀλλ' ὅστις ἦν θακῶν ἀταρβῆς
 τῆς θείας, ὃ δ' ἂν λέγοι. Qui sine metu rem
 spectavit, is (non autem alius) narret. He-
 rodotus III. 37. ὅς δὲ τούτους μὴ ὄπωπε, ἐγὼ δὲ
 οἱ σημανέω. Qui hos non vidit, (ipse qui-
 dem non assequatur) ego vero ei dicam. V. 40.
 ἐπεὶ τοίνυν περιεχόμενόν σε ὀρέομεν τῆς ἔχεις γυ-
 ναικός, σὺ δὲ ταῦτα ποίεις. Quoniam te ab
 uxore tua teneri videmus, tu vero (alius
 autem fortasse aliud faciat) hoc fac. Apertum
 est, quae vis sit particulae, quum haec, quae de-
 clarandi caussa adiecimus, praeponuntur, ut:
 alius fortasse aliud faciat, tu vero fac
 hoc. Similiter etiam aliis in formulis δὲ ad
 omissa refertur: ut apud Xenoph. Anab. I. 8, 2.
 ἐνθα δὴ πολὺς τάραχος ἐγένετο· αὐτίκα γὰρ ἐδό-
 κουν οἱ Ἕλληνες, καὶ πάντες δέ, ἀτάκτοις σφίσι
 ἐπιπεσεῖσθαι. Nam plena oratio talis foret, οἱ
 Ἕλληνες, καὶ οὐ μόνον οὗτοι, πάντες δέ.

V. 88. Cod. Ven. κακά.

προδότης καλεῖσθαι· βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς
95 δρῶν ἐξάμαρτεῖν μᾶλλον, ἢ νικᾶν κακῶς.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

ἔσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὐτὸς ὢν νέος ποτὲ
γλῶσσαν μὲν ἀργόν, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν·
νῦν δ', εἰς ἔλεγχον ἐξιῶν, δρῶ βροτοῖς
τὴν γλῶσσαν, οὐχὶ τάργα, πάνθ' ἠγουμένην.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

100 τί οὖν μ' ἄνωγας ἄλλο πλὴν ψευδοῦ λέγειν;

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

λέγω σ' ἐγὼ δόλῳ Φιλόκτῆτην λαβεῖν.

V. 94. Βούλομαι. Hanc sententiam affert Suidas v. βουλομένηφ.

V. 95. Erfurdtii explicationem, ad κακῶς sup-
plentis δρῶν, probasse videtur Buttmannus. Nihil
opus tali machina. Νικᾶν κακῶς est turpiter
vincere. Nam etiam pro καλῶς δρῶν poterat
simpliciter καλῶς dici.

V. 97. Ἀργὴν cod. Par. a Bekkero collatus et
Eustathius, qui hunc versum affert p. 486, 26.
779, 17. (371. 5. 689, 48.) Suidas v. γλῶσσαν ha-
bet ἀργόν, ut scholiastes et caeteri Sophoclis libri,
afferens v. 97 — 99. leviter corruptos, additque
deinde, οὕτω γραπτέον· ἔσθλοῦ πατρὸς παῖ αὐτὸς
ὢν νέος ποτὲ γλῶσσαν μὲν ἀργόν, καὶ τὰ ἐξῆς.
Sed in cod. Leid. κ' αὐτὸς scriptum Martinus
refert.

V. 100. Porsono ad Phoen. 892. exempla, in
quibus τί apud tragicos hiatum faciat, corrupta
pronuncianti obsequutus est Erfurdlius, admissa
Wakefieldii correctione τί μ' οὖν. Inanis illa
religio videtur, nec, si τί οὐ non ferendum, expel-
lendum est etiam τί οὖν. Huius exempla attulit
Martinus.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δ' ἐν δόλῳ δεῖ μᾶλλον ἢ πείσαντ' ἄγειν; οὐ γὰρ οἷον 011

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

οὐ μὴ πίθηται· πρὸς βίαν δ' οὐκ ἂν λάβοις. 02

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος; 03

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

105 ἰοὺς ἀφύκτους, καὶ προπέμποντας φρόνον. 04

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ; 05

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

οὐ· μὴ δόλῳ λαβόντα γ', ὡς ἐγὼ λέγω. 06

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἑμοῦ παθεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔοικα καὶ γὰρ τοῖς ἀφιγμένοις ἴσα
ξένοις ἐποικτεῖρεν σε, Ποίαντος τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Ἐγὼ δὲ καὶ τὸς τοῖσδε μάρτυς ἐν λόγοις,

Inere. Vsitatum hoc Graecis est anacoluthi genus, quo hic nihil potest aptius esse. Continetur autem eo, quod oratio abrupta denuo inchoatur, quod fit vel negligentia quadam, ut in illo, ὧν ὁ μὲν αὐτῶν, vel rei explicandae caussa, ut ὧν ὁ μὲν ὑμῶν, vel quum quid in medio positum est, ut in Oed. R. 246. κατενύχομαι δὲ τὸν δεδρακότ', εἴτε τις εἰς ὧν λέληθεν, εἴτε πλειόνων μέτα, κακὸν κακῶς νιν ἄμορον ἐκτρέψαι βίον· vide ad Trach. 288. et ad Elmsleii Medeam v. 1263. vel denique propter commotionem animi, quum quis aliquantisper dubitans quibus verbis utatur, dein explet ea, quae dicere exorsus erat. Ita hoc loco, ubi si in pronunciando post θεοὶ aliquam pausam facias, senties, quae sit vis huius formulae. Sic etiam Latini. Non debuit mutari, quod in Plauti Trinummo libri habent: quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum.

V. 316. Cod. Ven. ἀντάποιν'. Scholiastes: ἀντάποινα. ἀμοιβαῖα. Eam vocem, quae nescio an suspecta esse debeat, Aldina Euripidis habet in Herc. fur. 755. ubi aliae edd. ἀντίποινα.

V. 317. Observanda ambiguitas in verbis chori, quam captare solent tragici. Sic enim loquitur, ut Philoctetae videri possit miseratione tactus esse, spectatores autem idem facturum intelligant, quod alii fecerant, ut quamvis miserti, tamen nihil opis ferrent.

320 ὡς εἶς' ἀληθεῖς οἶδα, συντυχὸν κακῶν
ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν τῆς τ' Ὀδυσσεύος βίας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἦ γὰρ τι καὶ σὺ τοῖς πανωλέθοροις ἔχεις
ἔγκλημ' Ἀτρεΐδαις, ὥστε θυμοῦσθαι παθῶν;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαι ποτε,

V. 320. Haeserunt viri docti in huius loci constructione, quum mirarentur *συντυχὸν* genitivo iunctum. At sic Sophocles etiam Oed. C. 1482. Conf. Brunck. ad Eurip. Or. 1291. Cod. Ven. ex manifesta correctione, οἶδα γὰρ *τυχῶν κακῶν* etc. Sensus est: ego ipse testis sum vere haec dicta essa, malos viros expertus Atridas et Vlysem. Multis de hoc locodis putavit Wunderus p. 80. seqq. Interpres, qui in Brunckii membranis scripsit, *συντυχῶν, οὐχ ἀπλῶς τυχῶν ἐκείνο γὰρ δοτικῇ συντάσσεται ἀλλὰ σὺν σοὶ τυχῶν τῶν κακῶν Ἀτρειδῶν*, sic potius explicare verba poetae debebat: *συντυχῶν τοῖς Ἀτρεΐδαις, τυχῶν αὐτῶν κακῶν ἀνδρῶν ὄντων*.

V. 324. Libri, *θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαι ποτέ*. Scholiastes: *θυμῷ γένοιτο. εἶθε γέναιτό μοι ἀγοισιμένῳ ὄρησις κατ' αὐτῶν, καὶ τὴν δύναμιν ἐνδείξασθαι*. Saepius librarii, id quod nemini non in scribendo solet accidere, invertunt aliquid, et contraria commutant. Id ut in Oed. R. 376. factum est, sic hic quoque factum esse vidit Brunckius, qui quum *θυμὸν* et *χειρὶ* restituisset, merito id quum alii probarunt, tum Porsonus in Append. ad Loupii Em. in Suid. p. 471. atque Elmsleius in adnot. ad Aiace[m] v. 1217. Buttmanus tamen non videre se ait, quid obstat huic Heathii interpretationi lectionis vulgatae: irae utinam contingat, ut manum meam tan-

325 ἴν' αἰ Μυκῆναι γνοῖεν, ἢ Σπάρτη θ', ὅτι
 χῆ Σκῦρος ἀνδρῶν ἀλκίμων μήτηρ ἔφυ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εὖ γ', ὦ τέκνον. τίνας γὰρ ὦδε τὸν μέγαν
 χόλον κατ' αὐτῶν ἐγκαλῶν ἐλήλυθας;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

330 ὦ παῖ Ποίαντος, ἐξερῶ, μόλις δ' ἔρῳ,
 ἄγωγ' ὑπ' αὐτῶν ἐξελωβήθην μοιῶν.

ἐπεὶ γὰρ ἔσχε μοῖο' Ἀχιλλέα θανεῖν,

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴ μοι· φράσης μοι μὴ πέρα, πρὶν ἂν μάθω

dem satiem. Obstat hoc, quod ista et contorta et perversa oratio est. Contorta est, quod quum explere iram suam cupiat, irae optat contingere, ut ipsene an illa expleat non se, sed manum. Perversa autem, quia manum explere quid sit non potest intelligi, nisi quum manni diserte aliquis sensus tribuitur, ut ubi χεῖρα μαῖ-
 μῶσαν sive διψῶσαν φόνου dixit, in *Atace* v. 50. Aliter implere manum nihil est aliud, quam aliquid manu prehendere. Quare non minus inepta est *Valckenarii* coniectura ad *Phoen.* 761: εἴ μοι γένοιτο χεῖρα πληρῶσαι ποτε. Qui vulgatam defendere vellet, certe pro ποτε deberet φόνου vel simile vocabulum ponere. Sed quid multa de re plana atque aperta?

V. 325. De optativo γνοῖεν v. ad *Ai.* 1200.

V. 327. Inepte cod. Harl. φεῦγ' pro εὖ γ'. Quae sequuntur, in iis τίνας χόλον significat cuius rei iram: v. ad *Viger.* p. 873. seq. χόλον ἐγκαλεῖν autem, ut *νεῖκος ἐγκαλεῖν* in *Oed. R.* 702. est culpae, quae movit iram, accusare. Itaque sensus est, si explicate enunciare volumus: cuius rei culpam, quae ita tibi hanc

πρῶτον τόδ', εἰ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

335 τέθνηκεν, ἀνδρός οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο,
τοξεντός, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοῖβου δαμείς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἄλλ' εὐγενῆς μὲν ὁ κτανών τε καὶ θανών.
ἀμχανῶ δὲ, πάτερον, ὧ τέκνον, τὸ σὸν
πάθῃμ' ἐλέγχω πρῶτον, ἢ κείνον στένω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

340 οἴμαι μὲν ἀρκεῖν σοί γε καὶ τὰ σ', ὧ τάλας,
ἀλγήμαθ', ὥστε μὴ τὰ τῶν πέλας στένειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὄρθῶς ἔλεξας. τοιγαροῦν τὸ σὸν φράσον
αὐθις πάλιν μοι πρᾶγμ', ὅτω σ' ἐνύβρισαν.

magnam iram commovit, Atridis vitio
vertens hic ades?

V. 333. Nihil infelicius excogitari potuit, quam
quod Locellae in mentem venit ad Xenoph. Ephes.
p. 135. ἢ pro εἰ. Recepit tamen Erfurdcius, ineptum
ratus εἰ esse. At ineptus fuisset Sophocles, si
quod ipsa hominum natura, re incredibili audita,
interrogare cogit, non posuisset; posuisset autem,
quod est eius, qui nihil commotus novitate rei, id
quaerit, quod tum demum quaeri potest, quum de
veritate facti satis constat. Senserunt hoc Schae-
ferus, qui tamen dubitanter ea de re loquitur, et
Buttmannus, qui, ut par erat, confidenter impro-
bat Locellae coniecturam. Cod. Ven. ἦ.

V. 335. Recte Buttmannus monet τοξεντός ἐκ
Φοῖβου δαμείς coniungenda esse, i. e. τόξοις δα-
μείς, sed fallitur, quum vulgo θεοῦ δ' ὕπο
τοξεντός iungi dicit, quae est Brunckianae alia-
rumque edd. negligentia. Pleraeque enim edd.
commate post ὕπο interpungunt.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

345 ἦλθόν με νηϊ ποικιλοστόλῳ μέτα
 δῖός τ' Ὀδυσσεὺς χῶ τροφεὺς τοῦμοῦ πατρός,
 λέγοντες, εἴτ' ἀληθές, εἴτ' ἄρ' οὖν μάτην,
 ὡς οὐ θέμις γίγνοιτ', ἐπεὶ κατέφθιτο
 πατὴρ ἕμους, τὰ Πέργαμ' ἄλλον ἢ μ' ἔλειν.

V. 343. Pro ποικιλοστόλῳ cod. Harl. πολυκλή-
 στῳ. Eustathius p. 310, 41. (255, 8.) ἡ δὲ παρὰ
 Σοφοκλεῖ ποικιλοστόλος ναὺς δαιδαλὸν τι χοῆμά
 ἐστίν, ὡς πολλοῖς χρώμασι ποικιλλόμενον. Μετά
 cum ἦλθον iungendum.

V. 344. Dignitatis appellationem esse δῖος,
 cumque Ulysse Phoenicem etiam aliis auctoribus
 ad arcessendum Neoptolemum missum esse, sed
 a Quinto Smyrnaeo Diomedem pro Phoenice no-
 minari, pluribus ostendit Gedikius. Pro τροφεὺς
 cod. Harl. τροφός, quae vox quum putetur non
 usurpari genere masculino, adhibuit hanc scrip-
 turae diversitatem Elmsleius in censura ed. meae
 Herculis furentis ad v. 44, ut ibi τροφέα pro τρο-
 φὸν scribendum ostenderet, quod etiam in Electra
 Euripidis v. 409. faciendum censuit in animadv.
 ad Marklandi Supplices v. 37. Ego quidem
 ut facile credam nominativum τροφεὺς de vi-
 ro praelatum esse, non ita facile adducar ut
 idem putem etiam in caeteris casibus factum esse.
 Nam τροφός natura sua vocabulum est utriusque gene-
 ris, cuiusmodi nomina propter aliquot exempla in
 exiles regulas cogere, id mea sententia obscurae
 est et parum consideratae diligentiae.

V. 347. Πέργαμα, quae fere Τροίας πέργαμα
 dici solent, sic nude dixit etiam v. 1334. Br. Li-
 bri ἦ μ', quod servatum a Buttmanno. Erfurd-
 tius et Schaeferus recte, ut mihi videtur, ἦ
 μ'. Nam etsi aut omitti haec verba potue-
 runt aut ἄλλον μου dici enclitico pronomine,
 tamen neque Graece, neque ulla alia in lingua

ταῦτ', ὡ ξέν¹, οὕτως ἐννέποντες, οὐ πολὺν
 350 χρόνον μ' ἐπέσχον μή με ναυστολεῖν ταχύ,
 μάλιστα μὲν δὴ τοῦ θανόντος ἡμέρω,
 ὅπως ἴδοιμ' ἄθαρτον· οὐ γὰρ εἰδόμεν·

accentum pronominis puto inclinari posse, con-
 sociaticum particula comparativa, quae distingui no-
 tionem, quae est in pronomine, ab alia re postulat.

V. 349. Brunckii membranae, Ald. Iuntinae
 Brubachianae ἐπασχον. Vera scriptura in cod.
 Harl. ed. Colinaei et Triclinianis est. Brunckium
 Musgraviumque, qui ἐπέσχον numeri singularis
 esse putabant, bene refutavit Buttmannus, ita
 monens verba accipienda esse, ut se quam maxi-
 me incitatum Neoptolemus dicat illorum sermo-
 nibus ad navigandum quanto posset ocius. Quae
 figura usitatissima Graecis est, ut negent id, cuius
 intelligi contrarium volunt.

V. 351. Aliud agebat Buttmannus, quum op-
 tionem faciebat studiosis, utrum, quod ipsi qui-
 dem duriusculum videtur, οὐ γὰρ εἰδόμεν pro
 ζῶντα γὰρ οὐχ ἐσθράκειν πόποτε dictum putare, an
 cum scholiasta ἄθαρτον sequentibus iunctum de
 vivo accipere vellent. Scholiastae quidem non
 tantam inscitiam fuisse, ut ἄθαρτον perversissima
 verborum collocatione ad sequentia trahendum pu-
 taret, vel per se patebat. Monueratque iam Brun-
 ckius in editione elegantiorum hominum usui de-
 destinata, Lascarin illud ζῶντα male ad ἄθαρτον
 adscripsisse, quum debuerit illis, οὐ γὰρ εἰδόμεν,
 apponere. Optioni vero quis locus, ubi alterum
 unice verum, alterum autem neque Graece dictum,
 (debuisset enim ἄθαρτον γὰρ οὐχ εἰδόμεν) et sen-
 su cassum est? Quis sanus enim, si quem non
 vidit in vita, eum se insepultum non vidisse di-
 cet, quasi scilicet visurus postquam sepultus sit?
 Quis sanus autem omnino, vivum dicere volens,
 insepultum vocabit? Nam non modo qui vivunt

ἔπειτα μέντοι χῶ λόγος καλὸς προσῆν,
 εἰ τὰπὶ Τροία πέργαμ' αἰρήσοιμ' ἰών.
 ἦν δ' ἤμαρ ἤδη δεύτερον πλέοντί μοι,
 355 καὶ γὼ πικρὸν Σίγειον οὐρίῳ πλάτη

omnes, sed omnes etiam, qui sunt mortui, insepulti sunt usque dum humo condantur: ut si insepultum dicat, nescias vivumne an mortuum velit intelligi: nisi forte de iis loquatur, qui vivi sepeliuntur: hac enim sola ratione sepulti vivis opponi possunt. Itaque necessario hoc dicere putandus est Neoptolemus, se, quoniam numquam vidisset patrem suum, nunc saltem, priusquam sepulcro corpus traderetur, videre eum cupivisse. In quo quid tandem duri est? Multi enim et sunt et fuerunt, qui numquam viderunt parentes suos. Rectius, si alicui est dubitationi locus, de temporum computatione quaeri poterat. Nam si statim e Lycomedis domo ad Troiam profectus est Achilles, nondum nato filio, Neoptolemus puer esset vix decennis. Verum in huiusmodi rebus non argutandum. Multae enim antiquae fabulae, ut quae paullatim ex variis interque se dissimillimis narrationibus conflatae sint, miris modis, maximeque in temporum rationibus, sibi ipsae repugnant. Quas repugnantias callide occultare solent scriptores, ubi non in promptu est aliquid commenti, quo eas expediant.

V. 352. Notabile visum μέντοι post μὲν Elmsleio in Addend. ad Med. 1116. Nil mirum, dici, quod debet dici. "Ἐπειτα μέντοι est tum vero sane, quod nos dicimus dann freilich.

V. 353. Cod. Harl. male αἰροίμην.

V. 354. Affert hunc versum Eustathius p. 756, 19. (658, 15.) ut imitationem illius, ἡματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἰκοίμην.

V. 355. Scholiastes: πικρὸν Σίγειον. ἦτοι
 Soph. Vol. VI. E

κατηγόμην· καί μ' εὐθύς ἐν κύκλῳ στρατὸς
 ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὁμνύντες βλέπειν
 τὸν οὐκ εἶ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν.
 κείνος μὲν οὖν ἔκειτ'· ἐγὼ δ' ὁ δῦσμορος,

διὰ τὸν θάνατον τοῦ Ἀχιλλέως, ἢ διὰ τὸ δυσχείμερον τοῦ τόπου. Sola prior explicatio vera est. Idque vidit Gedikius. Quo magis miror, Buttmanno Sigeum hic pro castris ad Troiam nominatum videri. At illa cur tandem acerba appellet Neoptolemus? Vtrumne quod molesta Graecis illa fuit expeditio? at alienum hoc est, quia gloriam sperabat, ut quem fata expugnandae urbi destinassent. An quod Achilles in castris cecidisset? at erat ille in urbe Troia occisus. An propter armorum iudicium? at ne cogitabat quidem illo tempore, privatum se iri hereditate paterna. An denique quod in castris illis pater mortuus iaceret? at et stationem ille habuerat in Sigeo, et iacebat ibi, et eodem in loco sepultus est. Quid ergo? num id quod maxime proprium est, non est proprie intelligendum, sed accipiendum de eo, quod quocumque modo interpretere, alienum est atque absonum?

V. 357. Apte Gedikius quum alia, tum tragici cuiuspiam versum apud Plutarchum de discr. adul. et amici p. 51. C. et in Alcib. p. 203. D. οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς εἶ, et Quintum Smyrnaeum commemoravit, qui saepius, v. c. VII. 176. illius similitudinis mentionem fecit. Vnde verisimile est, veterum aliquem epicorum ea de re primum cecinisse.

V. 359. Quum ἔκειτο significare possit vel iacuisse corpus mortui paratum ad sepulturam, vel mortuum esse sepultumque, hoc posterius probat Buttmanus, quia in sequentibus nihil de sepultura dicitur. Ego non puto dubitari posse, quin

- 360 ἐπεὶ δ' ἀκρούσα κείνον οὐ μακρῶ χρόνῳ,
 ἔλθων Ἀτρεΐδας πρὸς φίλους, ὡς εἰκὸς ἦν,
 τὰ δ' ὄπλ' ἀπήτουν τοῦ πατρός, τὰ τ' ἄλλ' ὅσ' ἦν.
 οἱ δ' εἶπον, οἳ μοι, τλημονέστατον λόγον·
 ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, τάλλα μὲν πάρεστί σοι
 365 πατρῶ' ἐλέσθαι· τῶν δ' ὄπλων κείνων ἀνήρ
 ἄλλος κρατύνει νῦν, ὁ Λαέρτου γόνος.
 κάγω δακρῦσας εὐθύς ἐξανίσταμαι
 ὀργῇ βαρεία, καὶ καταλήσας λέγω·
 ὦ σθέντι, ἧ' τολμήσας ἀντ' ἐμοῦ τινὲ

prior explicatio vera sit. Nam de sepultura tacet Neoptolemus, quia id nihil ad rem: de iniuria enim, qua esset affectus, dicturus erat. Quod si sepultum intelligi voluisset, erat id diserte, nec verbo tam ambiguo significandum. Quum enim paullo ante dixisset, se properasse, ut patrem, quem numquam vidisset, saltem mortuum, priusquam tamulo conderetur, videret, neque ei in navigatione aliquid impedimenti obiectum esset, sed secundo vento pervenisset ad Sigeum, quid aliud, quum iacuisse ibi patrem dicit, indicare potuit, quam compotem se voti factum esse, ut ad spectu mortui frueretur?

V. 360. Musgravius, Wakefieldius, Erfurdinus, Schaeferus, Buttmannus, sublato commate, quod post χρόνῳ positum erat, post ἐπεὶ δ' ἀκρούσα interpunxerunt. Servavi ego antiquam interpunctionem, non quo οὐ μακρῶ χρόνῳ ἐδάκρυσα cohaereant, quod ineptum foret, sed quia sensus est, statim ut deflevi patrem: quae patet coniuncta in medio orationis inserta esse.

V. 366. Tricliniani Λαέρτιου. Vide Brunckium ad v. 417.

V. 369. Scholiastes: ὦ σθέντι. πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα. Buttmannus, rem non confectam

370 δοῦναι τὰ τεύχη τάμα, πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ;
ὁ δ' εἶπ' Ὀδυσσεύς, πλησίον γὰρ ἦν κρηῶν·
ναί, καί, δεδώκασ' ἐνδίκως οὔτοι τάδε.

ratus Brunckii adnotatione ad Aristoph. Ran. 1479. negat hic singulari locum esse, putatque aut cum Heathio *σχέτλιοι ἢ* per synizesin, aut *σχέτλιοι* sine ἢ scribendum esse. Non dixisset ista, si vel usum tragicorum considerasset, vel cogitasset, quum quis Atridis responderet, consentaneum esse, eum potissimum, cuius summum erat imperium, appellari. Monuit etiam Wunderus p. 89.

V. 370. Scholiastes: *πρὶν μαθεῖν ἐμοῦ. ἀντὶ τοῦ πρὶν ἐμοῦ πνθίσθαι*. I. e. priusquam ex me quaesivissetis, an vellem illi arma ista concedi.

V. 371. Libri, *πλησίον γὰρ ὧν κῆρι*. Porsonus ad Med. 1138. *κρηεῖ*, quem sequitur Elmsleius ad Med. 1110. Brunckius, iure reprehendens hanc minoris scholiastae, qui *κρηεῖ* legit, adnotationem: *ἔοικε μὲν ἐσχηματίσθαι ὁ λόγος. καὶ γὰρ ἀληθῶς Ὀδυσσεύς νῦν πλησίον αὐτῶν ἐστὶν ἐν τῇ Ἀἴμῳ. ὁμοιον καὶ τὸ, ὁ δ' ἐνθάδ' ἦκων*. (v. 377.) *δηλοῖ μὲν γὰρ τὸ εἰς ὄργην ἦκων. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ εἰς Ἀἴμῳ ἦκων*. non invenuste scripsit, *πλησίον γὰρ ἦν κρηῶν*. Nam etsi bene sciebat, praesens saepe pro praeterito poni, tamen id hic insolentius fieri sentiebat. Ac Buttmannus confidenter contendit, numquam in secundaria parte orationis imperfectum pro praesente usurpari: quod non posse fieri docenti facilius, quam factum neganti credam. Nec profecto deest idonea ratio. Nam praesentis in narrando usus quum ab alacritate quadam loquentis repetendus sit, convenit primariis partibus narrationis, non etiam iis, quae obiter et explicandi causa inseruntur. Itaque nec Latine dicas, tum dicit Vlysses, praesens est enim, nec, si alia lingua utare:

- ἐγὼ γὰρ αὐτ᾽ ἔσωσα καὶ κείνον παρών.
 καὶ γωχολῶθεις εὐθύς ἤρασσον κακοῖς
 375 τοῖς πᾶσιν, οὐδὲν ἐνδεῖς ποιούμενος,
 εἰ τὰ μὰ κείνος ὄπλ' ἀφαιρήσοιτό με.
 ὃ δ' ἐνθάδ' ἤκων, καί περ οὐ δύσσογος ὢν,
 δηχθεῖς πρὸς ἀξήκουσεν ὧδ' ἠμείψατο·
 οὐκ ἦσθ' ἴν' ἡμεῖς, ἀλλ' ἀπῆσθ' ἴν' οὐ σ' ἔδει.
 380 καὶ ταῦτ' ἐπειδὴ καὶ λέγεις θρασυστομῶν,
 οὐ μὴ ποτ' ἐς τὴν Σκυῖρον ἐκπλεύσης ἔχων.

ut hoc non iniuria etiam a Graeca lingua alienum
 putari oporteat. Idque indicavi in praefatione ad
 Eurip. Bacchas p. 13. et 34. Quamobrem se-
 quendum hic Brunckium duxi, qui vir ut minus
 fortasse, quam alii, doctrina excelluerit, at in-
 genio sensuque eius, quod aptum venustumque
 esset, multum praestabat nonnullis illorum, qui
 suam in emendando verecundiam temeritate at-
 que inscitia interpretandi dehonestant.

V. 373. Apte Gedikius attulit Ovid. Met. XIII.
 284. His humeris ego corpus Achillis
 et simul arma tuli: ne scilicet praeda Troia-
 nis fierent.

V. 377. Hunc et sequentem versum affert Sui-
 das v. δύσσογος. Virgulam, quae in Sophoclis
 edd. post ἀξήκουσεν erat, recte sustulit Buttmanus.
 Constructa sunt enim haec verba non cum δη-
 χθεῖς, sed cum ἠμείψατο. Si Buttmanus δηχθεῖς
 absolute positum ferri posse negat, viderit, quid
 millenis similibus et poetarum et prosae orationis
 scriptorum locis faciat. Quod ait, πρὸς ἃ esse
 πρὸς τοῦτον ἃ, constructione barbarum, usu par-
 ticulae soloecum est. Aliam rationem, sed eam
 nihilo probabiliorem, iniit Wunderus p. 90.

V. 381. Libri ἐκπλεύσης, quod editores cum
 Brunckio in ἐκπλεύσεις mutarunt, praeter Butt-
 mannum. Quod pridem dixi, inane esse Dawesii

- τοιαῦτ' ἀκούσας κᾶξονειδισθεὶς κακά,
 πλέω πρὸς οἴκους, τῶν ἐμῶν τητῶμενος
 πρὸς τοῦ κακίστου καὶ κακῶν Ὀδυσσεύς.
 385 κούκ αἰτιῶμαι κείνον ὡς τοὺς ἐν τέλει.
 πόλις γὰρ ἔστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων,
 στρατός τε σύμπας· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν,
 διδασκάλων λόγοισι γίνονται κακοί.
 λόγος λέλειπται πᾶς. ὁ δ' Ἀτρεΐδας στρυγῶν
 390 ἐμοὶ θ' ὁμοίως καὶ θεοῖς εἶη φίλος.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ Ἄ.

στροφή.

Ὁρεστέρα

praeceptum de constructione particularum οὐ μὴ, iam etiam alii sibi persuaserunt, et mox nemo dubium putabit. Futuri Sophocles media forma usus fuisset. Tetigit h. l. Elmsleius in censura Herculis fur. a me editi ad v. 884. in Diar. class. fasc. XV.

V. 382. Hunc versum cum duobus sequentibus habet Suidas v. τητᾶσθαι.

V. 384. Καὶ κακῶν, quod e Sisypho conceptus ferebatur: v. v. 417.

V. 387. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 369, 5. ἀκοσμεῖν, τὸ μηδὲν ἐν κόσμῳ καὶ τάξει ποιεῖν, ἀλλὰ ἀκολασταίνειν. Σοφοκλής. Quod et ad h. l. pertinet, et ad Antig. 730.

V. 388. Hunc locum afferens Suidas v. διδάσκαλον ineptissime poetas intelligit. Sic enim scribit: ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων ἢ τῶν κωμῳδιῶν ἢ τῶν τραγῳδιῶν. καὶ Σοφοκλής· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες etc.

V. 391. Pro choro hemichorii notam posui. Non est enim veri simile huiusmodi strophas a toto choro cantatas esse. Rheam invocari, quod ea dea Lemni coleretur, adnotavit Gedicus, au-

παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διός,
 ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὐχρησον νέμεις,
 395 πότνι', ἐπηυδώμαν σε κάκει, μᾶτερ. 395
 ὄτ' ἐς τόνδ' Ἀτρείδᾶν
 ὕβρις πᾶσ' ἐχώρει,
 ὄτε τὰ πάτρια τεύχεα παρεδίδοσαν,
 ἰὼ μάκαιρα ταυροκτόνων
 λεόντων ἔφεδρε, τῷ Λαερτίου 400

ctorem adhibens Stephanum Byz. qui nomen insulae factum dicit ἀπὸ τῆς μεγάλης θεοῦ, ἣν Ἀημόν φασι. ταύτη δὲ καὶ παρθένους ἔθνον. Non absonum nomen deae, quae furore homines corripit. Primum et secundum huius carminis versum affert Eustathius p. 46, 11. (54, 48.) epitheton παμβῶτις idem p. 71, 13. 978, 4. 1602, 4. (55, 41. 966, 39. Od. 516, 26.)

V. 393. Si abesset articulus, non esset dubium, utrumque Pactoli epitheton tantum ornatus causa adiectum esse. Nunc accedente articulo collocatio verborum ea est, ut videri possit hoc dicere, ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν νέμεις εὐχρησον, quae Pactolum auro fecundas.

V. 394. Libri duobus versiculis, σὲ κάκει, μᾶτερ, πότνι' ἐπηυδώμαν, nisi quod Tricliniani ἐξηυδώμαν habent. Quamquam sic quoque dochmiaci sunt, tamen horum versiculorum ordinem inverti postulabat antistropha, quum singulae singulis syllabae respondeant. Idque etiam ad sensum praestat, quia aliter κάκει ad Pactolum referretur, quod intelligendum est ad Troiam.

V. 398. Versus recte digessit Seidlerus de vers. dochm. p. 20. sed non debebat penultimum carminis versum pro duplici dochmiaco habere, qui constat ex dochmio et iambico ischiorrhogico.

400

σέβας ὑπέριστατον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφές,
 λύπης πρὸς ἡμᾶς, ᾧ ξένοι, πεπλεύκατε,
 καὶ μοι προσάδεθ', ὥστε γινώσκειν ὅτι 405
 ταῦτ' ἐξ Ἀτρείδων ἔργα καὶ Ὀδυσσέως.

V. 400. Scholiastes: σέβας ὑπέριστατον. ᾧ
 'Ρέα. ἢ νοητέον τοῦτο ἐπὶ τῶν ὅπλων. Hoc ve-
 rum, arma ut praecipuum honorem Vlyssi data esse.

V. 404. Brunckius quum recte non plene, in
 vulgo, sed commate post πεπλεύκατε interpunxis-
 set, tamen pessime haec vertit: doloris argu-
 mentum, ut videtur, manifestum habentes huc
 appulistis, hospites, mihi-que consentitis, quod
 arbitramini facinora ista esse Atridarum et Vlyssis.
 Quid enim arbitrarentur ita esse, quum scirent?
 Hoc argumento, non illo, quod ex verbis ἔξοιδα
 γὰρ petiit, Buttmanus istam interpretationem,
 quam etiam Gedikius sequutus erat, debebat re-
 futare. Sed nec Buttmanus nec caeteri inter-
 pretes huius loci rationem perspexerunt, quum
 non viderent, verba καὶ μοι προσάδετε in medio
 inserta esse, ὥστε γινώσκειν autem e voce σύμ-
 βολον pendere. Hoc dicit: venistis manife-
 stum, quod ad me attinet, indicium afferentes,
 (et concinitis mecum) unde ab Atridis et Vlysse ita vos iniuria affectos
 intelligam. Σύμβολον nihil est aliud quam
 indicium. Σύμβολον λύπης, ὥστε γινώσκειν
 ὅτι ταῦτα ἐξ Ἀτρείδων ἔργα, usitata Graecis
 ratione dictum est pro, σύμβολον, ὥστε γινώσκειν
 ὅτι αὕτη ἢ λύπη ἔργα ἐστὶν ἐξ Ἀτρείδων. Prae-
 terea comua post λύπης delendum putavi. Ne-
 que enim πρὸς ἡμᾶς πεπλεύκατε coniungenda arbi-
 tror, quia non putat quaesitum se ab illis esse, sed

- 405 ἔξοιδα γὰρ νῖν παντὸς ἄν' λόγου κακοῦ
 γλώσση θυγόντα καὶ πανουργίας, ἀφ' ἧς
 μηδὲν δίκαιον ἐς τέλος μέλλει ποιεῖν.
 ἀλλ' οὐ τι τοῦτο θαυμ' ἔμοιγ', ἀλλ' εἰ παρῶν 410
 Αἴας ὁ μείζων ταῦθ' ὄρωσιν ἠνείχετο.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

- 410 οὐκ ἦν ἔτι ζῶν, ὦ ξέν'. οὐ γὰρ ἄν ποτε
 ζῶντός γ' ἐκείνου ταῦτ' ἐσυλήθην ἐγώ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ χούτος οἴχεται θανάων;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὡς μηκέτ' ὄντα κείνον ἐν φάει νόει. 415

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴ μοι τάλας. ἀλλ' οὐχ ὁ Τυδέως γόνος,

casu repertum; sed σύμβολον σαφές πρὸς ἡμᾶς
 ἔχοντες, indicium apud me non ambi-
 guum habentes.

V. 407. Contorta est et collocationi verborum
 non accommodata Gedikii sententia, ἐς τέλος δί-
 καιον iungi volentis, quam probare videtur Butt-
 mannus. Hoc dicit: unde postremo nihil,
 quod bonum et iustum sit, effectum
 reddit. *Eis τέλος est postremo.* Eurip. Ion.
 1615. χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πῶς, εἰς τέλος
 δ' οὐκ ἀσθενῆ.

V. 409. Aiacis hoc praedicatum Eustathius p.
 275, 56. (208, 44.) commemorat ad illud Homeri,
 μείων, οὔτι τόσος γε, ὅσος Τελαμώνιος Αἴας.

V. 411. Meminisse oportet, ficta narrare Neo-
 ptolemum. Non enim veri simile est, pugnaturum
 fuisse nisi armis illis sibi restitutis. Et ita Proclus
 ex Lesche: καὶ Νεοπτόλεμον Ὀδυσσεὺς ἐκ Σκύρου
 ἀγαγών, τὰ ὄπλα δίδωσι τὰ τοῦ πατρός.

V. 414. Scholiastes: ὁ Τυδέως γόνος. σὺν
 Ὀδυσσεὶ γὰρ αὐτὸν ἐξέβαλε Διομήδης. Qui repre-

415 οὐδ' ὀμπολητὸς Σισύφου Λαερτίου,

henderunt Sophoclem, quod quaedam in hac fabula negligentius scripsisset, de qua re dixit Buttmanus ad v. 1437. quum vituperarent, quae non erant vituperanda, praetermiserunt illud, quod iure notari poterat. Nam si hic Diomedem et Vlysem rectius periisse dicit Philoctetes, facit, quod quodammodo repugnat reliquae tragoediae: in qua quum et ipse ubique malorum suorum auctores Atridas et Vlysem fuisse dicat, neque Vlyses Diomedem sibi socium fuisse in exponendo Philocteta narret, non potest non male habere spectatorem lectoremve fabulae ira illa in eum virum, cuius nullam fuisse culpam ex eo debet conicere, quod ille non est usquam in consilii istius inventoribus commemoratus.

V. 415. Libri Λαερτίου. Supra scripta in membranis elegantior scriptura Λαερτίῳ inde a Brunkio obtinuit: quam Wunderus eo modo, quo p. 91. vulgatam defendit, haud facile impetrabit ut quis missam faciat. Vera tamen vulgata est, modo recte intelligatur dicti acerbitas. Σισύφου pro adiectivo est, ut sensus sit, Λαερτίου, Σισύφου ὄντος, quod potuisset uno nomine dici Σισυφολαερτίου, ut Luciani Icaromenippus dictus est. Ἐμπολητὸς autem non est cum isto genitivo construendum, tamquam si esset ἔμποληθεις, sed per se positum est: per negotiationem suppositus Sisypbolaertis filius. Scholiastes: Σισύφου Λαερτίου. ἐκ Σισύφου γὰρ κύνουσα ἢ Ἀντίκλεια ἐγαμήθη Λαέρτη· καὶ διὰ τοῦτο φησὶν αὐτὸν ὡς περὶ πεποᾶσθαι, ἐπειδὴ Λαέρτης πολλὰ δούς χρήματα ἠγάγετο τὴν Ἀντίκλειαν. τὸ δὲ γ, ὅτι πάλιν Λαερτίου κτητικόν, ἀντὶ πρωτοτύπου Λαέρτου. Ignota Homero fabula a tragicis saepius in Vlyssis opprobrium versa: vide schol. ad Ai. 190.

οὐ μὴ θάνωσι. τούσδε γὰρ μὴ ζῆν ἔδει.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐ δῆτ' ἐπίστω τοῦτό γ'. ἀλλὰ καὶ μέγα
θάλλοντές εἶσι νῦν ἐν Ἀργείων στρατῷ. 420

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τί δ' ὅς παλαιός, ἀγαθός, φίλος τ' ἐμός,
420 Νέστωρ ὁ Πύλιος, ἔστιν; οὗτος γὰρ τὰ γε
κείνων κἀκ' ἐξήρκε, βουλευῶν σοφῶς.

V. 416. Quod a Brunckio post οὐ μὴ θάνωσι positum erat interrogandi signum, delevit Buttmanus. Hic quidem locus propterea notabilis est, quod apertissime vel praeteriti vel futuri exacti significationem habet. Atque etsi ad Elmsleii Medeam v. 1120. ostendi, etiam coniunctivo iunctas particulas οὐ μὴ interrogative accipi posse, tamen nescio an exempla, quale hoc est, magis commendent alteram illius formulae explicationem, οὐ δεινὸν μὴ θάνωσι: hi non metuendum ne mortui sint. Quod nos diceremus, diese werden wohl nicht gestorben seyn.

V. 419. Cod. Ven. ὁ παλαιός pro ὅς παλαιός. Tacent interpretes. Inepte iunguntur per copulam dissimilia, ut παλαιός et ἀγαθός, nisi aliqua in re conveniant, ut si dixisset, ὅς παλαιός ἀγαθός φίλος ἐμός. Ex quo intelligitur, παλαιός voce erigendum esse, ut sensus sit, qui senex est, et in senectute strenuus. Quae similia sunt, quia eo redeunt, ut idem senex et non senex esse dicatur.

V. 421. Scholiastes: κείνων κἀκ' ἐξήρκε. γράφεται, ἀξενήρκεν. Vereor ne in eo verbo non lateat, quod Martinus conicit, κἀκ' ἐξήρκε. Deinde Brunckii codex T. et Ven. σοφῶς, quod ab Erfurdio receptum probat Buttmanus, ut respondens proximo κακά. Caeteri veteres libri σοφῶς. Tricliniani σαφῶς. Nulla hic est inter

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

καϊνός γε πρᾶσσει νῦν κακῶς, ἐπεὶ θανὼν
Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος, ὃς παρῆν, γόνος. 425

κακὰ et σοφὰ responsio. Sic enim ἀγαθὰ potius vel δίκαια dicendum erat. Sed quae illi mala agerent consilia, prudenter impedivisse dicitur Nestor: ut duorum non optimorum librorum scriptura minime praeferenda fuerit lectioni et plurimorum et optimorum codicum.

V. 425. Scholiastes: ὅσπερ ἦν μόνος. οἱ μὲν γράφοντες μόνος, παρ' ἱστορίαν φασίν. εἶχε γὰρ καὶ ἄλλους· οἱ δὲ γόνος, τῷ ποιητῇ ἀκολουθοῦντες λέγουσιν. Libri Sophoclis, ὅσπερ ἦν γόνος. Brunckius ὅσπερ ἦν μόνος, alios auctores, quam Homerum, sequutum esse Sophoclem ratus, vel etiam ut μόνος pro dilectissimo accipiatur, ut Iliad. o. 611. Ζεὺς, ὃς μιν πλεόνεσσι μετ' ἀνδράσι μῦνον ἐόντα τίμα καὶ κῦδαινε; quod exemplum quis non videt alienissimum esse? Atque ipse hoc in postrema ed. intellexit, in qua edidit, quod etiam Musgravius coniciebat, ὃς παρῆν μόνος; sed hoc quoque Homero repugnare, qui etiam Thrasymedem bello interfuisse dicat Il. ι. 81. ab aliis observatum. Buttmannus, vulgatam antiqui sermonis simplicitate defendendam putans, comparat v. 808. ᾧ γὰρ δέξαι θανάσιμόν μ', ὅπως ἔχω, quod usitatissimum dicendi genus etiam atque etiam miror ei, quam vim haberet, ignotum fuisse. Non magis comparare debebat Goethii verba: gieb sie dem Kanzler den du hast. Quae ne sic quidem conferre poterat, si interpunxisset, Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος, ὅσπερ ἦν, γόνος. Neque ab Homero in tali re discedere potuit Sophocles, neque inepte loquutum credi par est. Quare servato γόνος, mutataque interpunctione, παρῆν ex Musgravii Brunckiique coniectura recepi. Nam filius ei, inquit, Antilochus,

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἷ μοι, δὴ αὐτὸς δεινὸν ἔλεξας, οἷν ἐγὼ
 425 ἤκιστ' ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότοιν κλύειν.
 φεῦ, φεῦ· τί δῆτα δεῖ σκοπεῖν, ὅθ' οἶδε μὲν
 τεθναῖσ', Ὀδυσσεὺς δ' ἔστιν αὖ κἀνταῦθ', ἵνα
 χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρὸν; 430

qui aderat, occidit. Affuisse illum, etsi id sciebat Philoctetes, propterea adiicit, quia maior est praesente in funere dolor, quam absentis morte nunciata.

V. 424. Libri veteres et ed. Turn. δὴ αὐτὸς δεινὸν ἔλεξας. A Stephano invecum αὐτός. Scholiastes: δὴ αὐτὸς δεινὸν ἔλεξας. γράφεται, δὴ αὐτὸ δ' ἐξέδειξας. Id Porsonus ad Phoen. 540. veram lectionem esse indicans, ita corrigebat, δὴ αὖ τὸ δ' ἐξέδειξας. At neque αὖ satis aptum, neque ἐξέδειξας. Brunckius in postrema ed. δὴ αὐτὸ δεινὸν ἔλεξας praefert, quam Buttmanus ut Heindorfii filii coniecturam commemorat, probatque. At quod ait Brunckius δεινὰ λέγειν τινα dici pro δεινὰ λέγειν περὶ τινος, non est verum. Eodem tamen modo etiam Buttmanus haec videtur intellexisse, addens, αὐτὸ οἷν sollemni pronominis usu, quo αὐτοῦς οἷν dicatur pro illos ipsos qui, positum esse. Haec plane aliena sunt. Sincera est vulgata, modo αὐτὸς, ut convenit, scribatur. Duo, inquit, aequae tristitia narrasti de iis, quos omnium minime mortuos vellem, Aiacem et Antiochum. Αὐτὸς sic Antig. 85. 715. Oed. R. 931.

V. 426. Vide γ. 444 — 450.

V. 427. Αὖ si, ut Buttmanno videtur, ex altera parte significaret, deberet statim post Ὀδυσσεὺς positum esse. Refertur ad κἀνταῦθα, hoc sensu: si hi perierunt, Vlysses autem, ut alias, sic rursus hic quoque super-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σοφὸς παλαιστῆς κείνος· ἀλλ' οὐχ αἰ σοφαὶ
430 γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζονται θαυμά.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

φίρ' εἶπε πρὸς θεῶν, ποῦ γὰρ ἦν ἐνταῦθά σοι
Πάτροκλος, ὅς σοι πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα;

stes est, ubi illorum loco eum mortuum dici oportebat.

V. 429. Libri, σοφὸς παλαιστῆς κείνος· ἀλλὰ καὶ σοφαὶ γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζονται θαυμά. Scholiastes: σοφὸς μὲν ἐστίν, ἀλλ' οὐ διόλον ἐστίν. αἱ γὰρ τοιαῦται γνῶμαι καταβάλλονται πολλαίσις. De Vlysse sermonem esse, non est dubium: sed nullus interpretum vidit, hanc sententiam, qua consolari Philoctetam videtur Neoptolemus, parum cum huius colloquii ratione convenire, quin aperte etiam repugnare iis, quae idem Neoptolemus v. 433 — 435. dicit. Vt multo rectius dicturus fuerit ἐμποδίζουσιν. Verum cognosci poterat ex Suida, apud quem v. παλαιστῆς legitur, σοφὸς παλαιστῆς οὐ κείνος, ἀλλ' οὐχ αἰ σοφαὶ γνῶμαι ἐμποδίζονται θαυμά. Hinc reposui, ἀλλ' οὐχ αἰ σοφαὶ γνῶμαι, Φιλοκτῆτ', ἐμποδίζονται θαυμά. Callidus, inquit, luctator illa est: sed non impediuntur saepe callida consilia. Σοφαὶ hic de mala atque improba calliditate intelligendum esse patet. Hoc enim dicit, callide quidem illum belli pericula evitare, sed hoc etiam malum cum illa calliditate esse coniunctum, quod prava eius consilia saepe non irrita reddantur, ut illud de armis Achillis. Unde ad hoc consilium etiam Philoctetes respicit in iis, quae Neoptolemo respondet.

V. 432. Achillis τὰ φίλτατα ab Sophocle dictum esse Patroclum adnotavit Eustathius p. 558, 35. (424, 10.) Hemsterhusio auctore ad Lucian.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

χοῦτος τεθνηκὼς ἦν· λόγῳ δέ σε βραχεῖ 435
 τοῦτ' ἐκδιδάξω. πόλεμος οὐδέν' ἄνδρ' ἐκὼν
 435 αἰρεῖ πονηρόν, ἀλλὰ τοὺς χρηστούς αἰ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ξυμμαρτυροῶ σοι· καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτό γε
 ἀναξίου μὲν φωτὸς ἐξερήσομαι,
 γλώσση δὲ δεινοῦ καὶ σοφοῦ, τί νῦν κυρεῖ. 440

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποίου γε τούτου πλήν γ' Ὀδυσσεῶς ἔρεῖς;

T. I. p. 147. Brunckius et Erfurdcius δς σου πατρός.
 Recte librorum scripturam tuetur Buttmanus.
 Patroclum Achillis amasium fecit Aeschylus in
 Myrmidonibus.

V. 433. Erfurdcius ad Ai. 1109. p. 628. sine
 ulla dubitatione scribendum putabat, λόγῳ δέ σ'
 ἐν βραχεῖ.

V. 435. Vulgo αἰρεῖ. Recte Buttmanus αἰρεῖ.
 Et sic cod. Ven. Idem ex Suida v. αἰρεῖ potue-
 rat restitui, qui verbum illud per ὀναιρεῖ, φο-
 νεύει explicans, spiritu tantum pravo habet αἰρεῖ.
 Eius cod. Leid. post πόλεμος addit γάρ.

V. 436. Quum in omni hoc colloquio, tum
 hoc quoque loco egregie naturam imitatus est
 Sophocles. Sic enim fieri solet, ut, dum de re-
 bus praecipuis interrogamus, aliquid etiam de iis,
 quae his plane contraria sunt, in mentem veniat.
 Nec tamen plane alienum hoc est ab argumento
 fabulae. Nam et invidiam Vlyssis auget compara-
 tio cum Thersite, et responsio Neoptolemi hono-
 rifica est Achilli: v. ad v. 445.

V. 438. Respicit hunc versum Eustathius p. 205;
 4. (155, 21.)

V. 439. Libri ποίου γε τούτου, praeter duos
 Brunckii codd. et Ven. qui ποίου γε τούτου. Flo-
 rens Christianus δὲ pro γὲ coniecit. Cuius non

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

440 οὐ τοῦτον εἶπον· ἀλλὰ Θεοσίτης τις ἦν,
ὃς οὐκ ἂν εἴλετ' εἰς ἅπαξ εἰπεῖν, ὅπου

mémor Brunckius ποίου δὲ τοῦτο edidit, quem est Erfurdcius sequuntus. Florentis Christiani emendationem probat Buttmannus, praelaturus ille tamen γέ, si de huius particulae usu in tali interrogatione aliunde constaret. Omisit hunc locum Elmsleius ad Med. 1334. ubi de illa particula in sententiis interrogativis disseruit, de quo usu, ut ego quidem arbitror, longe aliter disputandum erat. Hic quidem non est quod quis vereatur, ne non recte positum sit γέ. Nullo pacto interrogare poterat Neoptolemus, ποίου γε τούτου ἔρεῖς, nisi illa adiceret πλήν γ' Ὀδυσσεώς, quia vocabulum illud interrogativum sic quidem nullam restrictionem admittit. Admittit eam vero, additis illis verbis. Nam sententia tum haec in verbis illis inest, οὐκ ἄλλον γε τούτου ἢ Ὀδυσσεώς ἔρεῖς. Id ita esse, facile animadvertas inverso ordine verborum: πλήν γ' Ὀδυσσεώς, ποίου γε τούτου ἔρεῖς; Sensit hoc, sed ut rationem rei non satis perspiceret, Wunderus p. 92. Rectius Reisigius ad Oed. C. p. 322. seq. sed ne hic quidem, ut plane satisfaciatur. In exemplis, quae illi afferunt, non latebit vis particulae, ubi detracta interrogationis forma orationem sensui aptaveris. Sic Eurip. Hec. 757. τίνας γ' ὑπ' ἄλλον; i. e. οὐδενός γ' ὑπ' ἄλλον. In Ione v. 999. ἢ τί γ' οὐ μέλλεις; i. e. καὶ πάνν γε μέλλεις. Paulo aliter in Oed. C. 977: πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκου προᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; i. e. οὐδαμῶς γ' ἂν τό γ' ἄκου προᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις, particula γέ eadem ratino bis posita, qua ἂν bis posita est. Et sic in Philoctetae versu. Pro ἔρεῖς cod. Ven. λέγεις.

V. 441. Scholiastes: ὃς οὐκ ἂν εἴλετο. ἀντί τοῦ ἂ οὐκ ἤθελέ τις ἅπαξ ἀκοῦσαι, ταῦτα πολλὰ-

μηδεις ἐφῆ· τοῦτον οἶσθ' εἰ ζῶν κυρεῖ;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ εἶδον αὐτόν, ἤσθῳμην δ' ἐτ' ὄντα νιν. 445

κίς ἔλεγε. Tetigit hunc locum Eustathius p. 205, 26. (155. 41.) qui ita scribit: σημείωσαι δὲ ὅτι Σοφοκλῆς τὸν τοιοῦτον Ὀμηρικὸν νοῦν παραφράζων φησὶ περὶ Θερόσιου, ὅτι οὐκ ἂν εἴλετο εἰςάπαξ εἰπεῖν, ὅπου μηδεις ἐφῆ· τουτέστιν οὕτω θρασυῆς ἦν, ὥστε καὶ κωλυόμενός τι λέγειν ὡς μὴ θέον ὄν λέγεσθαι, ὃ δὲ τὸ αὐτὸ πολλάκις ἐλάλει. Haec ita muniunt librorum scripturam, ut quamvis elegans Geruhardi coniectura, ὅπου μεθεις ἐφῆς, non admitti debeat. Neque quod in schollis scriptum est, ἐὼν. γράφεται ἐφῆ, aliud est, quam litterae male scriptae correctio. Scholiastes, ut ex eius interpretatione colligo, interpungebat, ὅς οὐκ ἂν εἴλετ', εἰςάπαξ εἰπεῖν ὅπου μηδεις ἐφῆ. Sensus est: qui nollet aliquid semel dicere, ubi omnes prohiberent. Quod more Graecorum sic eloquutus est: ubi nemo perpeti vellet, scilicet saepius aliquid repeti. Sic in Aiace v. 1182. ὑμεῖς τε μὴ γυναικες ἀντ' ἀνδρῶν πύλας παρῆστατ', ἀλλ' ἀρήγετ', ἔς τ' ἐγὼ μύλω τάφον μεληθεῖς τῶδε, κἂν μηδεις ἐᾷ. Quod Valckenarius ad Herodot. II. 30. contendit, οὐκ ἐᾷν lenius esse apud Herodotum, quam vetare, aut in omnes scriptores, aut ne in Herodotum quidem cadit. Habet illud οὐκ ἐᾷν suum prohibendi significatum iam in Homeri carminibus, et, ut ἀνώγειν, nunc fortius est, nunc lenius.

V. 445. Scholiastes: τοῦτο παρ' ἱστορίαν. λέγεται γὰρ ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀνηρῆσθαι καθ' ὃν χρόνον καὶ τὴν Πενθεσίλειαν, ἀνείλε. φονευθείσης γὰρ ὑπὸ Ἀχιλλέως τῆς Πενθεσίλειας, ὃ Θερόσιος δόρατι ἐπληξε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῆς. διὸ ὀργισθεὶς ὁ Ἀχιλλεύς κονδύλοις αὐτὸν ἀνείλε. λέγεται (adde γὰρ) καὶ μετὰ θάνατον ἐρασθῆναι αὐτῆς. Fabula ex

Soph. Vol. VI.

F

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔμελλ'· ἐπεὶ οὐδέ πω κακόν γ' ἀπώλετο.
 445 ἄλλ' εὖ περιτέλλουσιν αὐτὰ δαίμονες·

Arctino sumpta. Vide Iacobsium ad Tzetzae Posthom. 194. Prudenter Sophocles ea dicentem fecit Neoptolemum, quae et a patre eius ignobile facinus declinarent, et egregie declararent obscuritatem Thersitae.

V. 444. Wakefieldius ἐπεὶ οὐ τί πω. Ego ad Hec. 379. conieceram οὐδέν πω, quod probat Buttmannus. Non opus erat mutatione: nam et κακόν γε non minus recte dictum est, quam si genere masculino κακός γε dixisset, et οὐδὲ dictum, ut in affirmativa sententia καὶ adiici solet, ἐπεὶ καὶ σώζεται κακόν. Itaque divisim scripsi οὐδέ πω. Apud Suidam, qui in v. παλιντριβῆ v. 444—446. affert, pro primo horum versuum haec tantum leguntur, ὡς οὐδέν ἀπώλετο.

V. 446. Scholiastes: καὶ παλιντριβῆ. τετριμμένα τοῖς κακοῖς. ἀναστρέφοντες ἐξ Ἄιδου. σώζουσιν ἐξ Ἄιδου τοὺς ἐπιτρίπτους καὶ δολερούς. Hesychius: παλιντριβεῖ. κακεντρεχεῖ. Suidas v. παλιντριβῆ satis habuit verba poetae apponere, explicationem omisit. Vocabulum παλιντριβῆς, cuius praeter hunc locum non aliud exemplum allatum video, quam παλιντριβεός ὄνον ex Simonidis carmine in mulieres v. 43. isto quidem in loco significat pertinacem et contumacem, qui ad pabulum, unde aspellitur, usque et usque redit: quod Homerus in notissima illa Aiakis cum tali asino comparatione ita descripsit Il. λ. 558—568. Αἴας δ' ἄλλοτε μὲν μνησάσκετο θούριδος ἀλκῆς, αὐτίς ὑποστρεφθεῖς· ὅτ' ἐ δέ, τρωπάσκετο φεύγων. Apud Sophoclem si illud ἀναστρέφοντες ἐξ Ἄιδου non esset de certo facto intelligendum, facile quis adduci posset, ut, quoniam tum dici deberet, a deo ex Orco revocari malitiam, verba ita pu-

καί πως τὰ μὲν πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ
χαίρους ἀναστρέφοντες ἐξ Ἰλιδον, τὰ δὲ
δίκαια καὶ τὰ χρηστ' ἀποστέλλουσ' αἰεὶ. 450

ποῦ χρὴ τίθεσθαι ταῦτα, ποῦ δ' αἰνεῖν, ὅταν
450 τὰ θεῖ' ἐπαινῶν, τοὺς θεοὺς εὖρω κακοῦς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ μὲν, ὃ γένεθλον Οἰταίου πατρὸς,
τὸ λοιπὸν ἤδη τηλόθεν τό τ' Ἰλιον
καὶ τοὺς Ἀτρείδας εἰσορῶν φυλάξομαι, 455
ἔπου θ' ὃ χείρων τάγαθῶν μείζον σθένει

taret construenda esse, τὰ μὲν πανοῦργα ἀναστρέφουσι καὶ παλιντριβῆ ἐξ Ἰλιδον. Sed recte vidit Gedikius, respici Sisyphum, qui ex Orco in vitam per dolum reversus est: de quo id ipsum etiam v. 621. commemoratur. Itaque si Vlysem πανοῦργον, Thersiten propter eius in dicendo contumaciam παλιντριβῆ dicere putandus est.

V. 450. Τὰ θεῖα. ἔργα δηλονότι· νοσῶν δὲ δυσφημεῖ. Vide ad v. 194. Recte monitum a quibusdam, τὰ θεῖ' ἐπαινῶν, significare, quum volo laudare quae dii faciunt.

V. 451. Edd. vett. γενέθλιον. Veram scripturam habet Triclinii recensio, ac Steph. Byz. qui hunc versum v. Οἴτη affert.

V. 452. Τηλόθεν εἰσορῶν, ut qui procul abesse cupiat. Vide Musgrav. ad Oed. R. 1304. sive in ed. min. Erf. 1274. et Elmsl. ad Oed. R. 795. qui etiam de τὸ λοιπὸν ἤδη dixit ad Med. 1096.

V. 454. Plena interpunctione in fine praece-
dentis versus posita, commate interpungebatur in fine v. 455. Tum vett. libri ἔπου θ', quod recte defendit Doederlinus p. 60. ut ei tē respondeat καὶ ante ἀποφθίνει. Nam tē non semper suo loco poni, fatis notum, ostenderuntque Schaeferus in Indice ad poes. gnom. h. v. et Meinekius Cur.

455 κάποφθίνει τὰ χρηστὰ καὶ δειλὸς κρατεῖ.

crit. p. 10. Triclinii recensio ὅπου γ'. Id Buttmannus, qui non attendit ad morem Graecorum protasin inter duplicem apodosin ponendi, sive id mavis dicere alteram adiiciendi apodosin, pro γὰρ positum putat: de quo usu quaedam attulit ad Demosth. p. 46. At id Graece dici debuisset ὅπου μὲν γε. Neque vero, si, ut oportet, hos versus cum praecedentibus in unam verborum complexionem coniungimus, γὲ poni potuit, nisi ita, ut ὅπου γε significaret si quidem: quod alienum est ab hac sententia, quae ad solos Graecos ante Troiam spectat. Miretur forsitan aliquis minus versatus, si dicam οὐ γε dici potuisse, quo quidem in loco; non item ὅπου γε, illo significatu. At est ita: nam οὐ definitum adverbium est; sed ὅπου infinitum est, ut ὅπου γε proprie reddi possit quali quidem in loco. Quod hic patet absonum esse. Nam utrumque si aliis verbis distinctius dicas, οὐ γε est quia hoc quidem in loco, quod apertum est recte hic dici; ὅπου γε autem, quia tali quidem in loco: quod quid sibi volet, quum qualem locum a tali distingui oporteat, non intelligatur? Id ergo ὅπου sine γε dicendum erat, quod est, in loco, qui talis est, ut ibi mali bonis praeferrantur.

V. 455. Cod. δεινὰ pro χρηστὰ. Δειλὸς pro librorum scriptura δεινὸς a Brunckio repositum Buttmanno inflicetam videtur tautologiam continere, qui χρηστότητι oppositam putat δεινότητα, qua homines nequam, qualis Vlysses, polleant. Martino δειλὸς legisse visus scholiastes, apud quem haec leguntur: ὅπου γ' ὁ χεῖρων. ὅπου ὁ κακὸς πλέον ἰσχύει. καὶ δεινὸς κρατεῖ. καὶ ὁ κακὸς νικᾷ τὸν ἀγαθόν. Ἡσίοδος· βλάπτει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα. καὶ Ὀμηρος·

τούτους ἐγὼ τοὺς ἄνδρας οὐ στέρω ποτέ·
 ἀλλ' ἢ πετραία Σκῦρος ἐξαρκουῖσά μοι
 ἔσται τὸ λοιπόν, ὥστε τέρεσθαι δόμῳ. 460

460

νῦν δ' εἶμι πρὸς ναῦν. καὶ σὺ, Ποίαντος τέκνον,
 χαῖρ' ὡς μέγιστα, χαῖρε· καὶ σε δαίμονες
 νόσου μεταστήσειαν, ὡς αὐτὸς θέλεις.
 ἡμεῖς δ' ἴωμεν· ὡς ὀπηνίκ' ἂν θεὸς
 πλοῦν ἡμῖν εἴκη, τηνικαῦθ' ὀρμώμεθα. 465

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἦδη, τέκνον, στέλλεσθε;

ἐπεὶ τὰ χειρίονα νικᾷ. His non multum tribuam, quum omnia possint ad praecedentem verum referri. Nemo nescit, δεινὸς fere Germanico arg respondere: sed Buttmani officium erat, exemplis demonstrare, eo modo, quo ipse putat, hanc vocem in tali sententia a Graecis usurpatam esse: quod haud ita facile efficiet. Neque quam ille tautologiam dicit, ulla esse videbitur recte hunc locum consideranti. Quare δειλὸς cum Erfurdio aliisque recepi, quod non solum dicendi forma, sed etiam sentiendi ratione Graecum est.

V. 456. Τούτους non esse ad Atridas et Ulysem referendum, sed ad eos spectare, apud quos perinde habeantur probi atque improbi, in promptu est. Στέρω Suidas in ea v. explicat ὑπομενῶ, afferens hunc et duo sequentes versus.

V. 457. Ἀρχὴ Σκυρία, ab exiguitate et sterilitate insulae, proverbiorum scriptoribus commemorata: etsi quidam aliam eius proverbii originem fuisse tradunt.

V. 458. Pro δόμῳ apud Suidam v. στέρω legitur μόνῳ, etiam in cod. Leid. quod non deterius est.

V. 463. Εἴκη scholiastes explicat διδῶ, συγχορήση. In cod. Harl. est ἦκοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

καιρὸς γὰρ καλεῖ

465 πλοῦν μὴ ἕξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ γγύθειν σκοπεῖν.
/ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πρὸς νῦν σε πατρός, πρὸς τε μητρός, ὦ τέκνον,
πρὸς τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλές,
ἐκέτης ἰκνοῦμαι, μὴ λίπης μ' οὔτω μόνον, 470
ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖςδ', οἷοις ὄρας,

470 ὅσοισί τ' ἐξήκουσας ἐνναλοντά με·
ἀλλ' ἐν παρέργῳ θοῦ με. δυσχέρεια μὲν,
ἔξοιδα, πολλή τοῦδε τοῦ φορήματος·
ὅμως δὲ τλήθι. τοῖσι γενναίοισί τοι 475
τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρόν, καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές.

475 σοὶ δ', ἐκλιπόντι τοῦτ', ὄνειδος οὐ καλόν·
δράσαντι δ', ὦ παῖ, πλεῖστον εὐκλείας γέρας,
ἐὰν μόλω γῶ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα.

V. 465. Si Suidas, quum ἕξ ἀπόπτου interpreta-
tus est ἕξ ὑψηλοῦ τόπου, hunc locum spectavit,
non satis apte scripsit. Significat enim aperte ex
longinquo.

V. 466. Apud Suidam v. πρὸς νῦν σε, ubi v.
466—470. afferuntur, πρὸς νῦν σε μητρός, πρὸς
τε πατρός legitur. Triclinianae edd. Sophoclis
πρὸς νῦν σε, quod non praetulerim, ut Schae-
fero, Elmsleio in adn. ad Iph. T. 1068. et Butt-
manno placet.

V. 469. Apud Suidam scriptum, τοῖςδὲ γ' οἷς
ὄρας. In eius cod. Leid. τοῖςδὲ γ' εἰσοράς.

V. 472. Verbum ἔξοιδα omittit Suidas v. φορά,
ubi cum ultimis praecedentis versus verbis affert
v. 472—475. quibus cod. Leid. etiam duos se-
quentes versus addit. Cod. Harl. pro φορήματος
habet φρονήματος.

Ἰθ' ἡμέρας τοι μόχθος οὐχ ὄλης μιᾶς. 480
 τόλμησον, ἐμβαλοῦ μ' ὅπη θέλεις ἄγων,
 480 ἐς ἀντλίαν, ἐς προῶραν, ἐς προύμνην, ὅποι
 ἦκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.
 νεῦσον, πρὸς αὐτοῦ Ζηνὸς ἱκεσίον, τέκνον,
 πείσθητι. προσπιτνῶ σε γόνασι, καίπερ ὦν 485
 ἀκράτωρ ὁ τλήμων, χῶλος. ἀλλὰ μή μ' ἀφῆς

V. 478. Tricliniani libri ὅθ' ἡμέρας. Verba
 ἡμέρας μόχθος οὐχ ὄλης μιᾶς affert Eustathius
 p. 756, 20. (658, 16.)

V. 480. Vulgo ἐς προῶραν. Scripsi ἐς προῶραν,
 uti scribendum esse et grammatici praecipiant, et
 regula prosodica postulat. Vide Etym. M. p. 692,
 25. 823, 20. Tum Triclinii recensio ἐς προύμναν
 θ', ὅποι. Vett. libri autem, in iisque cod. Harl.
 ἐς προύμναν, ὅποι. Hoc et Brunckius recepit, et
 sequutus est Porsonus ad Hec. 1070. nisi quod ter
 eis scripsit: atque apud scholiastem certe legitur.
 εἰς ἀντλίαν, εἰς προῶραν. Elmsleius ad Heracl. 19.
 et ad Iph. T. 118. εἰς προύμνην scripsit, „Vetus
 forma,“ inquit, „est προύμνη, ut λίμνη, recen-
 „tior προύμνα, ut μέριμνα. Aristophanes Vesp. 399.
 „ἦν πως προύμνην ἀνακρούσεται, πληγὴς ταῖς εἰσε-
 „σιώταις. Hic etiam vulgo προύμναν contra me-
 „trum. Nomina enim quorum genitivus desinit
 „in ης, corripuntur a nominativi et accusativi.“
 Pluribus illam formam firmavit Lobeckius ad
 Phrynichum p. 331. Pro ὅποι, quod explicuit
 Porsonus l. l. Erfurdus, immemor usitatissimae
 attractionis, ὅπου edidit, quod mireris etiam Elms-
 leio praeferendum videri. Cod. Ven. ὅπη.

V. 481. Cod. Ven. τοῦ παρόντος pro τοὺς ξυν-
 ὄντας.

V. 484. Scholiastes: ἀκράτωρ. ἀσθενής, κρα-
 τεῖν ἐμαντοῦ μὴ δυνάμενος. Male. Hoc dicit:
 etsi non possum propter pedis morbum

- 485 ἔρημον οὕτω χωρὶς ἀνθρώπων στίβου,
 ἀλλ' ἢ πρὸς οἶκον τὸν σὸν ἔκσωσόν μ' ἄγων,
 ἢ πρὸς τὰ Χαλκῳδοντος Εὐβοίας σταδμά·
 κἀκεῖθεν οὐ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος, 490
 Τραχινίαν τε δεράδα, καὶ τὸν εὐροον

ad genua tua accidere. I. e. ἀκράτωρ τοῦ
 προσπιτνεῖν.

V. 437. Parum elegans est Musgravii et Schaeferi ad Lamb. Bos. p. 697. coniectura, Εὐβοία. Vide ad Traoh. 1181.

V. 489. Libri δεράδα καὶ τὸν εὐροον. Erfurd-
 tius δεράδα, quod improbat Buttmanus, cui, ut
 Brunckio, non videtur concludi posse, si δέρη
 et δειρη in usu sint, etiam δεράδα ut δεираδα
 dictum esse. Fateor multum in hoc genere tri-
 buendum esse usui, praesertim quum δεираς et-
 iam in vita communi usurpatum sit. Harpocration,
 ex eoque Suidas: Δειραδιώτης. δῆμος τῆς Λεον-
 τίδος φυλῆς, Δειράδες. ἀφ' οὗ ὁ δημότης Δειρα-
 διώτης. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 240,
 26. Δειράδες, δῆμος Λεοντίδος. Sed quemadmo-
 dum a δειρη δεираς, ita a δερη δεράς formatum
 a poetis esse, facile credi potest: ut non temere
 reiicienda illa forma videatur. Accedit quod prae-
 ter hunc Sophoclis locum etiam alius, qui est
 Euripidis in Iph. T. 1240. commendare eam for-
 mam videtur. Nam quod ibi in antistropha scrip-
 tum est, τὰ τε πρῶτα, τὰ τ' ἔπειθ', ὅσα τ' ἔμελλε
 τυχεῖν, iis respondent haec quamvis corrupta ver-
 ba: φέρει νιν ἀπὸ δεираδος εἰναλίας, in quibus
 quum Seidlerus feliciter restitueret φέρει ἴνιν, non
 debebat tamen ὅσα in antistrophico versu in ε
 mutare, quum credibilis sit in strophico scrip-
 tum fuisse ἀπὸ γὰς δεράδος εἰναλίας, ut in cen-
 sura editionis illius monui in Diar. litt. Lips. a.
 1813. m. Octobr. p. 2159. Apud Sophoclem Por-
 sonus, ut refert Elmsleius ad Aristoph. Ach. 612.

490 Σπερχειὸν ἔσται· πατρί μ' ὡς δειξῆς φίλω,
ὄν δὴ παλαί' ἄν ἐξότου δέδοικ' ἐγώ
μή μοι βεβήκη. πολλὰ γὰρ τοῖς ἰγμένοις

et in censura eius Hecubae, in commentariis Edinb. 1811. fasc. XXXVII. p. 67. sive ed. Lips. Iphig. Markl, p. 248. scribendum putabat, *Τραχινίαν τε δειράδ' ἢ τὸν εὔροον*. Quae licet facilis emendatio sit, tamen ab hoc loco aliena videtur, quum non Trachinem, vel ad Spercheum deduci Philoctetes cupiat, sed haec loca patriae designandae causa nominet, ut non diversas regiones, sed unam eandemque indicari pateat.

V. 490. Apertum est, verba *πατρί μ' ὡς δειξῆς φίλω* coniungenda esse cum illis, *πρὸς οἶκον ἐκσωσόν μ' ἄγων*.

V. 491. Libri veteres *παλαί' ἄν*. Ed. Col. *πάλαι ἄν*. Tricliniani *παλαιόν*. Mihi aliquando *παλαιά γ' ἐξ ὅτου* scribendum videbatur, sed nunc veram puto veterem scripturam, intellecto εἴη, ut Brunckius. Buttmannus quum caeco adversus Triclinium odio *παλαί' ἄν* ab recentioribus criticis revocatum esse dixit, non cogitavit se probare id, quod vix dubitari possit quin sit a Triclinio, librorum scripturam mendosam iudicante, profectum; repugnareque se ipsum sibi, qui mox v. 493. in pari causa deserat Triclinium. Similiter in Oed. R. 561. Oedipo interroganti quam diu mortuus sit Laius, respondet Creon, *μακροὶ παλαιοὶ τ' ἄν μετρηθεῖεν χρόνοι*.

V. 492. Brunckii B. *βεβήκη*, quae scriptura recepta est ab Erfurdio. Vide ad Viger. not. 268. T. *βεβήκει*. Caeteri *βεβήκοι*. Elmsleius ad Soph. Ai. 278. coniecit *βέβηκε*. Quod potuit dici, sed recte dictum etiam *βεβήκη*. Sic in Oed. R. 760. *δέδοικ' ἑμαυτὸν, ὧ γύναι, μὴ πόλλ' ἄγων εἰρημέν' ἢ μοι, δι' ἃ νιν εἰσιδεῖν θέλω*. Deinde

ἔστελλον αὐτὸν ἰκεσίους πέμπων λιτάς, 495
αὐτόστολον πέμπαντά μ' ἐκῶσαι δόμοις.

libri ἰκμένοις. Scholiastes: τοῖς ἰκμένοις ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν ἰκμένων καὶ πεπορευμένων. Triclinius: τοῖς ἰκμένοις δὲ, ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν ἰκμένων καὶ πορευτικῶν· ἐγὼ γὰρ ἀκίνητός εἰμι. ἢ τοῖς ἰγμένοις καὶ ἀφιγμένοις ἐνταῦθα. Butimanno hoc tantum formae ἰκμενος obstare videtur, quod syncoptati illi epicorum aoristi in senariis alias non inveniuntur: quae ratio si ad codicum omnium scripturam reiiciendam valeat, ἰκομένοις rescribendum videri. Non novi ego aut epicum aut alium poetam, qui ἰκμενος pro participio aoristi usurpaverit: nam hoc nomen etsi natura sua est tale participium, tamen in adiectivum abiit, ita ut etiam spiritu mutato ἰκμενος diceretur. Vide Hesychium. Itaque recte Erfurdus ἰγμένοις scripsit, ut pridem ego quoque correxeram. Et ita cod. Ven.

V. 493. Triclinii recensio αὐτός. Veteres libri, ἔστελλον, αὐτὸν. Qui ita interpunxerunt, ἔστελλον videntur pro ἐπέστελλον accepisse: quod vereor ut recte factum sit. Immo τοῖς ἰγμένοις est per eos, qui huc venerunt, et ἔστελλον αὐτὸν, quod proprie est mittebam eum, ita est constructum, uti iubendi notio, quae in his verbis inest, postulabat. Quod mox sequitur πέμπαντα, non ducendi, ut ait Buttmannus, sed comitandi potius significatum habet.

V. 494. Si verum esset, quod placet Buttmanno, ἐκῶσαι δόμοις idem esse, quod supra v. 311. σῶσαι ἐς οἶκον, accederem ei, δόμοις reponendum suspicanti. Sed δόμοις ita dictum videtur, ut ad Poeantem, non ad Philoctetam referendum sit: ut ipse me suae domui sospitem restituat.

495 ἄλλ' ἢ τέθνηκεν, ἢ, τὰ τῶν διακόνων,
ὡς εἰκός, οἶμαι, τοῦμὸν ἐν σμικροῦ μέρους

V. 495. Hunc et duos seqq. versus affert Suidas v. διάκονος, ubi cod Leid. pro τέθνηκεν habet τεθνήκασ, edd. vett. autem τὸ τεθνηκός. Verba τὰ τῶν διακόνων interpretes pro οἱ διάκονοι posita putant, quibus miror etiam Buttmannum accedere. Est, ubi locus sit isti loquendi modo; est vero etiam, ubi parum aptus videatur. Quibus hic ita placet, rectius ita existimabunt, quum dicere vellet Philoctetes, τὰ τῶν διακόνων αἰτιά ἐστι, alia eum substituisse explicatiora verba. Mihi quidem illa, τὰ τῶν διακόνων, usitatissimo genere loquendi, de quo si cui opus est, videat Matthiae Gr. Gr. §. 283. in medio adiecta videntur: aut, quod est nunciorum, ut fieri solet, opinor, mea parvi pendentes, domum properarunt.

V. 496. Brunckius et Erfurdus μέρει, quod membranae a prima manu habent et Suidas v. διάκονος. Caeteri libri, in iisque Harl. et a secunda manu membr. ac Suidas v. στόλος etiam in cod. Leid. praebent μέρος. Cod. Ven. ἐν σμικροῖς μέρους. Buttmannus vulgatae tuendae affert Eurip. fr. inc. 152. ἡδὺ τ', ἦν κακόν τι πράξει, σσεν-θροπάξειν πόσει ἄλοχον, ἐν κοινῷ τε λύπης ἡδονῆς τ' ἔχειν μέρος, dici ratus λύπης μέρος pro λύπη, quod mihi secus videtur, volensque ita etiam τοῦμὸν μέρος intelligi, nisi quod etiam pressius verti possit, meam suorum negotiorum partem. Ad sensum eodem redit, utrum dicas τοῦμὸν ἐν σμικροῦ μέρει, quod est meas res pro parva suarum rerum parte habentes, an τοῦμὸν μέρος ἐν σμικροῦ, quod est, ut recte vidit Buttmannus, eam partem negotiorum suorum, quae ad me spectat, habentes pro parva. Est autem hoc quum ob plerorumque librorum consensum, tum propterea praefe-

ποιούμενοι, τὸν οἴκαδ' ἠπειγον στόλον.
 νῦν δ', εἰς σὲ γὰρ πομπὸν τε καὶ τὸν ἄγγελον 500
 ἦκω, σὺ σῶσον, σὺ μ' ἐλέησον, εἰσορῶν
 500 ὡς πάντα δεινά, κἀπικινδύνως βροτοῖς
 κεῖται, παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θᾶτερα.
 χρῆ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων, τὰ δειν' ὄραν·
 χῶταν τις εὖ ζῆ, τηνικαῦτα τὸν βίον 505
 σκοπεῖν μάλιστα, μὴ διαφθαρεῖς λάθῃ.

ἩΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

ἀντιστροφῆ.

505 οἴκτειρ', ἀναξ'.

rendum, quia in scribendo, verbis illo ordine collocatis, facilius quis a μέρος ad μέρος, quam ab hoc ad illud aberrare potuit.

V. 498. De hoc versu vide ad Antig. 920.

V. 499. In antiquis libris plene interpungitur post εἰσορῶν, ut quod sequitur ὡς pro u a m sit. In Triclinianis εἰσορῶν ὡς πάντα δεινά iunguntur, quod recte videtur ab recentioribus editoribus servatum esse. Ac dicitur εἰσορῶν etiam de animi cogitatione, ut in Eurip. Suppl. 612. διάφορα πολλὰ θεῶν βροτοῖσιν εἰσορῶ. Ita iam ὡς erit quam. Sic etiam scholiastes: σῶσόν με, γινώσκων τὰ ἀνθρώπινα πράγματα μεταβαλλόμενα.

V. 500. Interpuxi post δεινά, ut sensus esset, ὡς πάντα δεινά ἐστὶ, κἀπικινδύνως βροτοῖς κεῖται. Vulgo ea distinctio abest. Verba enim duplicem admittunt interpretationem, aut hanc, πάντα δεινῶς καὶ ἐπικινδύνως κεῖται πρὸς τὸ εὖ καὶ θᾶτερα παθεῖν· aut hanc, πάντα δεινά ἐστὶ, καὶ πρὸς τὸ εὖ παθεῖν καὶ μὴ εὖ παθεῖν ἐπικίνδυνα. Hoc praeferendum duxi. Affert hos quinque versus Suidas v. ἀκροσφαλεῖς et v. θᾶτερα, quo loco quae in editis desunt παθεῖν μὲν εὖ, habet ea cod. Leid.

V. 505. In libris praefixum χορός. Vide ad v. 391. Cod. Ven. οἴκτειρον.

πολλῶν ἔλεξεν δυσοίστων πόνων
 ἄθλ', ὅσσα μηδεὶς τῶν ἐμῶν τύχοι φίλων.
 εἰ δὲ πικρούς, ὦναξ, ἔχθεις Ἀτρείδας, 510
 ἐγὼ μὲν, τὸ κείνων
 510 κακὸν τῷδε κέρδος
 μετατιθέμενος, ἐνθαπερ ἐπιμέμονεν, 515

V. 506. Cod. Harl. πολλῶν δ'. Triclinii recensio πολλῶν δ'. Caeteri veteres libri copulam omittunt, quos sequuti sunt Brunckius et Erfurdus. Buttmanno Triclinius codices sequutus videtur, quod hic quidem facile credam; comparatque Hesiod. O. et D. 720. μηδὲ πολυξείνου δαιτός δυσπέμφελος εἶναι ἐκ κοινού· πλείστη δὲ χάρις, ἀπάνη δ' ὀλιγίστη. Sed tamen ea epicis quam tragicis usitatio est loquendi ratio, ut non sit posthabenda veterum scriptura codicum et editionum.

V. 507. Cod. Harl. ὅσα, ut colligitur e Porsoni Adv. p. 200. nam p. 204. ex eo codice affertur οἶα, quae est ipsius Porsoni coniectura, qui tamen p. 237. ὅσσα scribi volebat. Et cod. Ven. ἄττα. Cod. Flor. autem ὅσα, supra scripto ποῦ. Erfurdus male ὅσα γε. Ad ὅσσα defendendum apte attulit Martinus Lobeckium ad Ai. 705. et Intt. ad Greg. Cor. p. 200.

V. 508. Libri ἄναξ, quod etsi ferri potest, tamen posui, quod scripsisse poetam, quo accuratius metra congruerent, veri simile est.

V. 511. Libri omnes μέγα τιθέμενος. Brunckius e scholisata μετατιθέμενος, quod ut diversa lectio adnotatum in T. Scholiastes: τὸ ἐκείνους λυποῦν, τούτῳ κέρδος καὶ ὠφέλειαν μεταποιῶν. ἢ τὸ κακὸν τὸ ἀπὸ τῶν Ἀτρείδων μετατιθέμενος τῷ Φιλοκτήτῃ, οἷον, εἰς ἀγαθὸν μεταποιῶν καὶ μεταβάλλον καὶ ἐπανορθῶν· λέγει γὰρ ὅτι βοηθήσω αὐτῷ ἵνα ἐκείνους λυπήσω, ἐπανορθῶν αὐτῷ συμφορὰν τῆν

ἐπ' εὐστόλου ταχέας νεῶς
πορεύσαιμ' ἂν ἐς δόμους, τὰν ἐκ θεῶν
νέμεσιν ἐκφυγῶν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

515 ὄρα σὺ, μὴ νῦν μὲν τις εὐχερῆς παρῆς·
ὅταν δὲ πλησθῆς τῆς νόσου ξυνουσίᾳ, 520
τότ' οὐκ ἔθ' αὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῆς.

ΧΟΡΟΣ.

ἤκιστα. τοῦτ' οὐκ ἔσθ' ὅπως πότ' εἰς ἐμὲ

ὑπὸ τῶν Ἀτρειδῶν γεγονυῖαν. Buttmanus μέγα τιθέμενος servandum putat, ut fortius, τὸ κείνων κακὸν autem cum Brunckio interpretatur illum damnatum, damna intelligens, quae illi ad Troiam acceperant, et quorum caussa Neoptolemus huc miserant. At id fieri plane non posse, vel leviter attendenti pateat necesse est. Ficta enim ad fallaciam oratione utitur chorus, nec, quae praecedunt verba, εἰ δὲ πικρὸς ἔχθεις Ἀτρείδας dubitare sinunt, quin hoc dicat: si odisti Atridas, iniuriam tibi Philoctetaeque ab iis factam in lucrum huius convertere, quoque cupit, domum reducere eum velim. Librorum scriptura si servatur, hunc ea sententia praebet: illorum in vos iniuriam magnum huic lucrum esse ducens. Est tamen illa epitheti adiectio non, ut Buttmanno videtur, fortior, sed haud paullo languidior. Pro ἐμιμέμενον, quod est in Triclinianis, veteres libri corrupte ἐπεὶ μέμενον.

V. 515. De praesentis et aoristi coniunctivorum hoc in loco discrimine explicuit Elmsleius ad Med. 310.

V. 517. Vulgo οὐκέθ' αὐτὸς. Cod. T. et margo Turnebi οὐκέτ' αὐτὸς. Sensus est, οὐκέτι ὁ αὐτὸς τῶ ταῦτα λέγοντι.

τοῦνειδος ἔξεις ἐνδίκως ὀνειδίσαι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

- 520 ἄλλ' αἰσχρὰ μέντοι, σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον
 ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καιρίον πονεῖν. 525
 ἄλλ', εἰ δοκεῖ, πλέωμεν, ὀρμάσθω ταχύς·
 ἢ νῆαυς γὰρ ἄξει, κὺν ἀπαρνηθήσεται.
 μόνον θεοὶ σώζοιεν ἔκ γε τῆσδε γῆς
 525 ἡμᾶς, ὅποι τ' ἐνθένδε βουλοίμεσθα πλεῖν.

V. 520. Brunckius more suo σοῦ γ' ἔμ'. Vide ad v. 47. De sensu scholiastes ita: ἄλλ' αἰσχρὸν ἔστιν, ἐνδεέστερόν σου εἶναι με ἐν τῷ βοηθεῖν τοῖς φίλοις. ἢ οὕτως· αἰσχρὸν ἔστιν, εἰ ἐνδεέστερόν σου διατεθήσομαι περὶ τὴν εἰς τοὺς ξένους εὐεργεσίαν. Qui saepe pervulgata adnotarunt, hic tacuerunt, ubi moneri tirones oportebat ne καιρίον putarent generis neutrius esse. Id enim Sophocles aut πρὸς τὸ καιρίως πονεῖν, aut πρὸς τὸ καιρῷ ἐκπονεῖν dixisset. Neque si pro masculino accipies, hoc modo, πρὸς τὸ ἐμὲ καιρίον πονεῖν, apta satis atque elegans oratio erit, praesertim quum φανῆναι non sit videri, sed esse. Itaque haec potius est verborum constructio, σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον φανῆναι πονεῖν τῷ ξένῳ πρὸς τὸ καιρίον. Turpe est, signiorem me quam te, esse labore hospitis caussa ad id, quod fieri tempestivum est, suscipiendo.

V. 524. Erfurdus ex Gernhardi coniectura ἔκ τε τῆσδε γῆς, non male. Sed non videtur tamen opus esse mutatione, quum et Neoptolemus et Philoctetes hoc ante alia omnia expetant, ut Lemnus relicta sit; caetera enim sponte consequutura putant, alter ut Troiam veniant, alter ut revertatur in patriam.

V. 525. Cod. Harl. ὅπη. Tum Brunckius et Erfurdus e cod. B. βουλοίμεσθα, quod miror servasse Buttmannum. Nihil est enim quod in caete-

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

- ὦ φίλτατον μὲν ἦμαρ, ἠδίστος δ' ἀνὴρ, 530
 φίλοι δὲ ναῦται, πῶς ἂν ὑμῖν ἐμφανῆς
 ζῶγῳ γενοίμην, ὡς μ' ἔθεσθε προσφιλῆ.
 ἴωμεν, ὦ παῖ, προσκύσαντε τὴν ἕσω
 530 ἄοικον εἰσοίκησιν, ὡς με καὶ μάθης
 ἀφ' ὧν διέζων, ὡς τ' ἔφυν εὐκάρδιος. 535
 οἶμαι γὰρ οὐδ' ἂν ὄμμασιν μόνην θέαν
 ἄλλον λαβόντα, πλήν ἐμοῦ, τλήναι τάδε·
 ἐγὼ δ' ἀνάγκη προὔμαθον στέργειν κακά.

ΧΟΡΟΣ.

- 535 ἐπίσχετον, μάθωμεν. ἄνδρες γὰρ δύο,
 ὃ μὲν, νεῶς σῆς ναυβάτης, ὃ δ', ἀλλόθρους, 540
 χωρεῖτον, ὧν μαθόντες, αὐθις εἴσιτον.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

- ² Ἀγίλλεως παῖ, τόνδε τὸν ξυνέμπορον,
 ὃς ἦν νεῶς σῆς σὺν δυοῖν ἄλλοιιν φύλαξ,

rorum librorum scriptura βουλοίμεσθα reprehendi
 possit, qui optativus e praegresso optativo pendet.
 Vide ad Ai. 904.

V. 526. Vide Elmsleium ad Med. 1039.

V. 527. Numerorum causa a Porsono praef. ad
 Hec. p. 34. et Erfurdtio ὑμῖν restitutum pro ὑμῖν.

V. 529. Eadem causa Porsonus ad Phoen. 1419.
 quem sequutus est Erfurdcius, προσκύσαντε pro
 προσκύσαντες.

V. 533. Brunckius, cui hic quoque obtempera-
 vit Erfurdcius, πλήν γ' ἐμοῦ, contra omnes libres.
 Ineptia hic est, ut in re minime dubia, parti-
 cula γέ.

V. 535. Eurip. Hipp. 567. ἐπίσχετ', αὐδὴν τῶν
 ἕσωθεν ἐκμάθω. Vide de hac ratione loquendi diss.
 de ellipsi et pleonasmō in Museo stud. antiq. vol.
 I. p. 182. et Elmsleium ad Heracl. 559.

- 540 ἐκέλευσ' ἔμοι σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι,
 ἐπίπερ ἀντέκυσσα, δοξάζων μὲν οὐ, 545
 τύχη δέ πως πρὸς ταῦτόν ὀρμισθεὶς πέδον.
 πλέων γάρ, ὡς ναύκληρος, οὐ πολλῶ στόλῳ
 ἔξ' Ἰλίου πρὸς οἶκον ἐς τὴν εὐβοτρον
 545 Πεπάρηθον, ὡς ἤκουσα τοὺς ναύτας ὅτι
 σοὶ πάντες εἶεν οἱ νεναυστοληκότες, 550
 ἔδοξέ μοι μὴ σίγα, πρὶν φράσαιμί σοι,
 τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, προστυχόντι τῶν ἴσων.

V. 540. De hoc primi pedis anapaesto vide praefat. ad Eurip. Bacch. p. 31.

V. 544. Brunckius, Erfurdtius, Buttmannus cum Triclinianis ἀπ' Ἰλίου. Veteres libri ἔξ' Ἰλίου.

V. 548. Scholiastes: προστυχόντι τῶν ἴσων. ἀντὶ τοῦ εὐρόντι τοὺς σοὺς ναύτας τοὺς ἔμοι ἴσους, τοὺς τὴν αὐτὴν μοι τέχνην μετεροχόμενους. ἢ τῶν ἴσων, ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν ἴσων. παραλέλειπται γὰρ ἢ ἔξ. Male. Heathius: προστυχόντι τῶν ἴσως οὐδὲν σὺ που κάτοισθα, τῶν σαντοῦ περὶ: non ineleganter, si postrema verba abessent, praesertim quum eadem res in sequentibus iteretur. Plane singularem interpretationem commentus est Buttmannus: quum ipse similem benevolentiam expertus essem: neque enim adeo mirabile esse, si homo Graecus Graecis, si mercator iis quibuscum negotiari soleat, si Peparethius Scyriis, si nauta illis quos in deserto littore paullo ante appulsus invenerit, beneficio aliquo devinctus sit. Haec omnia facile eo refutantur, quod scriptores, qui propter recte apteque scribendi scientiam classici vocantur, ineptum iudicarunt, ignoti hominis ignota aut beneficia aut male facta commemorare, sed quum quid huiusmodi finxerunt, diserte quale factum intelligi oporteret, indicarunt. Recte Brunckius perspexit, sensum ver-

οὐδὲν σὺ που κάτοισθα τῶν σαντοῦ πέρι,
550 ἂ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἄμφι σοῦνεκα

borum esse: visum mihi est, non facite vela dare prius quam te convenissem, consequutus quod aequum est: i. e. praemio aliquo propter ea quae nunciasset affectus. Ἴσα enim sunt τὰ δίκαια, quae sic dicuntur, quia praemium, quod iustum sit, par esse debet accepto beneficio. Eum morem fuisse, ut hoc genus hominum mercedem aliquam nuncii peterent, notum est: apteque conferri iubet Brunckius Oed. R. 1065. s. et Trach. 190 s. Confirmat hanc interpretationem responsum Neoptolemi v. 553. Illud vero non opus est, ut, quod ipsi placet, scribatur, προστυχῶν τι τῶν ἴσων. Quia ne recte quidem τῶν ἴσων τι peteretur, ubi Ἴσα petenda erant. Construendum est προστυχόντι cum ἔδοξέ μοι.

V. 550. Libri veteres, ἄμφι σοῦνεκα. Tricliniani, ἄμφι σ' οὔνεκα. Perelegans est Io. Aurati coniectura ἄμφι σοῦνεα, quam Brunckius, Erfurdcius, aliique non dubitarunt recipere. Mihi quidem, ut iam ad Vigerum p. 886. significavi, ad defendendam librorum scripturam inclinatus animus. Sed est illud ἄμφι σοῦνεκα exarandum, i. e. ut veteres libri ostendunt, ἄμφι σοῦνεκα, pleonasmus quodam, si quidem is est pleonasmus, quali interdum usi videntur ad rem fortius exprimendam. Plato de legg. III. p. 701. D. τίνος δὴ καὶ ταῦθ' ἡμῖν αὖ χάριν ἐλέχθη; δεῖν φαίνεται ἔμοιγε, οἷόν περ ἴππον, τὸν λόγον ἐκάστοτε ἀναλαμβάνειν, καὶ μὴ καθάπερ ἀχάλινον κεντημένον τὸ στόμα, βία ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπὸ τίνος ὄνον πεσεῖν, ἀλλ' ἐπανερωτῶν τὸ νῦν δὴ λεχθέν, τὸ τίνος δὴ χάριν ἔνεκα ταῦτα ἐλέχθη. Videndum vero, an illae voces ἄμφι et ἔνεκα non ἐκ παραλλήλου quod vocant positae sint, sed ἄμφι σοῦ pro nomine sit, quicum

βουλεύματ' ἔστί· κού μόνον βουλεύματα, 555
 ἀλλ' ἔργα δρώμεν', οὐκ ἔτ' ἔξαργούμενα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἢ χάρις μὲν τῆς προμηθείας, ξένε,
 εἰ μὴ κακὸς πέφυκα, προσφιλῆς μενεΐ·
 555 φράσον δ' ἄπερ γ' ἔλεξας, ὡς μάθω τί μοι
 νεώτερον βούλευμ' ἀπ' Ἀργείων ἔχεις. 560

ΕΜΠΟΡΟΣ.

φροῦδοι διώκοντές σε ναυτικῶ στόλῳ
 Φοῖνιξ δ' ὁ πρέσβυς, οἷ τε Θεσέως κόρσι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὡς ἐκ βίας μ' ἄξοντες, ἢ λόγοις πάλιν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

560 οὐκ οἶδ'. ἀκούσας δ' ἄγγελος πάρειμί σοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἢ ταῦτα δὴ Φοῖνιξ τε χοῖ ξυνναυβάται 565
 οὔτω καθ' ὀρμὴν δρώσιν Ἀτρειδῶν χάριν;

sit ἔνεκα constructum, ut apud nos von mei-
 netwegen, cui simillimum est illud, ἀπὸ βοῆς
 ἔνεκεν.

V. 555. Buttmannus: χάρις προσφιλῆς, pleo-
 nasmus ob affectum: nam χρεία per se iam est
 μνεία προσφιλῆς, sed sensu per quotidianum usum
 evanescente. "Nempe χάρις hic beneficium sig-
 nificat, ut nullus sit pleonasmus. Pro gratia et
 praemio scholiastes videtur accepisse, qui scribat:
 ἔσται σοι χάρις τῆς προμηθείας ὑστερον.

V. 558. In cod. Ven. δ' omissum. Acaman-
 tem et Demophontem, Thesei filios, ab Arctino
 Milesio accepisse Sophoclem, sectatorem cyclio-
 rum teste Athenaeo VII. p. 277. E. Euripidemque
 Hec 125. docuit Buttmannus.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ὡς ταῦτ' ἐπίστω δρώμεν', οὐ μέλλοντ' ἔτι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πῶς οὖν Ὀδυσσεὺς πρὸς τὰδ' οὐκ αὐτάγγελος
565 πλεῖν ἦν ἔτοιμος; ἢ φόβος τις εἶργέ νιν;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

κεῖνός γ' ἐπ' ἄλλον ἄνδρ', ὁ Τυδέως τε παῖς 570
ἔστελλον, ἠνίκ' ἐξανηγόμην ἐγώ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πρὸς ποῖον ἂν τόνδ' αὐτὸς οὐδυσσεὺς ἔπλει;

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ἦν δὴ τις. ἀλλὰ τόνδε μοι προῶτον φράσον

V. 563. Buttmanno simplicissimum videtur, iungere ἐπίστω ταῦτα ὡς δρώμενα, ut v. 253. ὡς μηδὲν εἰδὸτ' ἔσθι μ' ὦν ἀνιστορεῖς. Huiusmodi locis, quibus adde v. 413. ὡς μηκέτ' ὄντα κείνον ἐν φάει νόει, id non probatur, quum ὡς etiam ita ut significare possit. Sed vera dixisse Buttmannum talia exempla ostendunt, quale hoc in Oed. R. 955. πατέρα τὸν σὸν ἀγγελοῦν ὡς οὐκ ἔτ' ὄντα Πόλυβον ἀλλ' ὀλωλότα.

V. 565. Brunckius et Erfurdus posuerant ἦ. Librorum scripturam revocavit Martinus, quam ut ex emendatione sua etiam Buttmanus habet.

V. 567. Ἐστελλον, ut saepius, non mittebant, sed ire parabant. Diomedem cum Vlyse ad reducendum Philoctetam profectos fecit Euripides. Diomedem solum nominavit Lesches in Iliade parva.

V. 563. Buttmanus, „notanda,“ inquit, „particula ἂν post interrogativum: quis tandem esse potest ille.“ Veram esse hanc interpretationem puto, sed explicatius hoc dictum oportuit, ne quis ἂν cum verbo ἔπλει, quod sic πλέου

570 τίς ἐστίν· ἄν λέγῃς δέ, μὴ φώνει μέγα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὄδ' ἔσθ' ὁ κλεινός σοι Φιλοκτῆτης, ξένε. 575

ΕΜΠΟΡΟΣ.

μὴ νῦν μ' ἔρη τὰ πλείον', ἀλλ' ὅσον τάχος
ἔκπλει σεαυτὸν ξυλλαβῶν ἐκ τῆσδε γῆς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τί φησιν, ὦ παῖ; τί με κατὰ σκότον ποτὲ

575 διεμπολᾶ λόγοισι πρὸς σ' ὁ ναυβάτης;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ οἶδά πω τί φησι· δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν 580
εἰς φῶς ὃ λέξει, πρὸς σὲ κάμῃ, τούσδε τε.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

ὦ σπέριμ' Ἀχιλλέως, μὴ με διαβάλης στρατῶ.

λέγονθ' ἂ μὴ δεῖ· πόλλ' ἐγὼ κείνων ὑπο

580 δρῶν ἀντιπάσχω χρηστά γ', οἷ' ἀνήρ πένης.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἐγὼ εἰμ' Ἀτρεΐδαις δυσμενής· οὗτος δέ μοι 585

dici debuisset, construendum putaret. Nimirum hic est sensus, πρὸς ποῖον ἂν ὄντα τόνδε ἔπλει, i. e. ποῖος ἂν εἴη, πρὸς ὃν ἔπλει.

V. 570. Brunckio debetur ἂν pro ἄν.

V. 572. Brunckius, Erfurdcius, Buttmanus μὴ νῦν μ' ἔρη.

V. 578. Veteres libri διαβάλης, Quod in edd. Triclinianis legitur διαβάλλης, quia soloecum est, Triclinium movisse videtur ut διάβαλλε scriberet, quod in margine ed. Turn. et cod. T. Brunckii est. Id male praetulit Buttmanus, non memor, quid intersit inter imperativum praesentis et conjunctivum aoristi, de qua re dixi in diss. de praecipis quibusdam Atticistarum, et ad Vigerum not. 268.

φίλος μέγιστος, οὔνεκ' Ἀτρείδας στιγγεῖ.
 δεῖ δὴ σ' ἔμοιγ' ἐλθόντα προσφιλῆ, λόγον
 κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδέν' ὧν ἀκήκοας.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

585 ὄρα τί ποιεῖς, παῖ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σκοπῶ καὶ γὰρ πάλαι,

ΕΜΠΟΡΟΣ.

σὲ θήσομαι τῶνδ' αἴτιον,

590

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποιοῦ λέγων.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

λέγω. ἴπλ τοῦτον ἄνδρες τῶδ', ὥπερ κλύεις,
 ὁ Τυδέως παῖς, ἢ τ' Ὀδυσσέως βία,
 διώμοτοι πλέουσιν, ἢ μὴν ἢ λόγῳ

590 πείσαντες ἄξιον, ἢ πρὸς ἰσχύος κράτος,

V. 583. Edd. vett. interpungunt post ἐλθόντα, iungentes προσφιλῆ λόγον. Corrigendam interpunctionem primus vidit H. Stephanus. Non male cod. Harl. προσφιλεῖ λόγῳ, nec tamen ex eo cod. μηδέν adnotatum, quod ea scriptura v. seq. reponi postularet.

V. 587. Tricliniani ὄσπερ.

V. 589. Elmsleius in censura Porsoni Hecubae p. 79. et ad Medeam v. 1271. scribi iubet ἢ μὴν νιν λόγῳ, longo id numerosius fore ratus. Non perspexerat rationem eam, qua recte longa finalis ante quintum trimetri ictum ponitur: de qua re dictum in Elem. D. m. p. 113.

V. 590. Brunckius et Erfurdus e cod. B. πείσαντες γ' ἄξιον. Caeteri libri omnes, πείσαντες ἄξιον, quod servavit Elmsleius ll. cc. et probat Buttmanus, negans se satis assequi vim particulae. Significat illa, ut saepe, a deo, nobis gar.

καὶ ταῦτ' Ἀχαιοὶ πάντες ἤκουον σαφῶς 595
 Ὀδυσσεώς λέγοντος. οὗτος γὰρ πλέον
 τὸ θάρσος εἶχε θατέρου, δράσειν τάδε.

ΝΕΟΠΙΤΟΛΕΜΟΣ.

595 τίνος δ' Ἀτρεΐδαι τοῦδ' ἄγαν οὕτω χρόνον
 τοσῶδ' ἐπεστρέφοντο πράγματος χάριν,
 ὃν γ' εἶχον ἤδη χρόνιον ἐκβεβληγότες; 600
 τίς ὁ πόθος αὐτοῦς ἔκετ', ἢ θεῶν βία
 καὶ νέμεσις, οἵπερ ἔργ' ἀμύνουσιν κακά;

Et quum saepissime librarii dualem in pluralem mutaverint, scripturam codicis minime spernendi, ut sensui accommodatissimam, ego non spreverim. Πρὸς ἰσχύος κράτος, ut alibi πρὸς ἰσχύος χάριν. Vide Elmsleium ad Med. 525.

V. 595. Notandus infinitivus futuri, quo indicatur Vlysem non dubitasse quin illud effecturus esset. Aoristi infinitivo significaretur, ausum esse illud facere. Similiter v. 612.

V. 596. Libri, ὃν τ' εἶχον, praeter cod. Ven. in quo non male τ' omissum. Male tuetur τs Doederlinus p. 60. Buttmannus in fine praecedentis versus posito signo interrogandi, haec verba cum sequentibus coniunxit, ut sensus esset, ὃν τ' εἶχον ἤδη χρόνιον ἐκβεβληγότες, τίς ἐκείνου ὁ πόθος ἔκετ' αὐτοῦς. Id dici debuisset τίς πόθος. Scholiastes, ut libri, praecedentibus versus illum addit: τίνος πράγματος χάριν διὰ τοσούτου χρόνου ἐπεστρέφησαν καὶ φροντίδα ἐποίησαντο τοῦ Φιλοκτήτου οἱ Ἀτρεΐδαι, τοῦ πάλαι ἐξ αὐτῶν ἀποβληθέντος. Caeterum constructionem verborum hanc esse patet: τίνος πράγματος χάριν χρόνον τοσῶδε τοῦδε ἄγαν οὕτως ἐπεστρέφοντο; Erfurdlius et Schaeferus ὃν γ', recte.

V. 598. Ἀμύνουσιν ita dictum, ut remunerationem adsignificet. Vide ad Antig. 639.

ΕΜΠΟΡΟΣ.

- ἐγὼ σε τοῦτ', ἕως γὰρ οὐκ ἀκήκοας,
 600 πᾶν ἐκδιδάξω. μάντις ἦν τις εὐγενής,
 Πριάμου μὲν υἱός, ὄνομα δ' ὠνομάζετο 605
 Ἐλενος, ὃν οὗτος, νυκτὸς ἐξελθὼν μόνος,
 ὁ πᾶντ' ἀκούων αἰσχροῖα καὶ λαβήτ' ἔπη
 δόλιος Ὀδυσσεὺς εἶλε· δέσμιον δ' ἄγων
 605 ἔδειξ' Ἀχαιοῖς ἐς μέσον, θήραν καλήν·
 ὃς δὴ τὰ τ' ἄλλ' αὐτοῖσι πᾶντ' ἐθέσπισεν, 610
 καὶ ταπὶ Τροίᾳ πέραμα' ὡς οὐ μὴ ποτε
 πέρσοιεν, εἰ μὴ τόνδε πείσαντες λόγῳ
 ἄγοιντο νήσου τῆσδ', ἐφ' ἧς ναεὶ ταυῦν.
 610 καὶ ταῦθ' ὅπως ἤκουσ' ὁ Λαέρτου τόκος
 τὸν μάντιν εἰπόντ', εὐθέως ὑπέσχετο 615
 τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·

V. 599. Bultmannus hic quoque ἕως de eo, quod loquenti certum videatur, intelligendum putat. Vide ad v. 130. Cod. Ven. omittit οὐκ.

V. 601. Verba ὄνομα δ' ὠνομάζετο Ἐλενος affert Eustathius p. 790, 34. (704, 38.)

V. 604. Triclinii recensio δέσμιόν τ' ἄγων, quod servarunt recentiores, neque est quod reprehendas in ea scriptura. Sed quum Harl. et edd. vet. δέσμιον δ' ἄγων habeant, duxi id praefendum esse, ut quod a Triclinio, quoniam difficilium est, mutatum videatur. Neque enim εἶλε et ἔδειξ per δὲ coniungi potuerunt, sed ita procedere sententiae putandae sunt: μάντις ἦν τις Ἐλενος, δέσμιον δ' ἄγων αὐτὸν Ὀδυσσεὺς ἔδειξ' Ἀχαιοῖς. Quae paullo aliter enunciavit poeta, quoniam Vlyssis commemorationem priori sententiae inseruerat.

V. 612. Vide ad v. 593.

οἷοιτο μὲν, μάλισθ' ἐκδύσιον λαβῶν·
 εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα· καὶ τούτων, κάρα
 615 τέμνειν ἐφείτο τῷ θέλοντι, μὴ τυχῶν.
 ἤκουσας, ὦ παῖ, πάντα· τὸ σπεύδειν δέ σοι 620
 καὐτῷ παραινῶ κεῖ τινος κήδει πέρι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἴ μοι τάλας. ἦ κείνος ἦ πᾶσα βλάβη
 ἔμ' εἰς Ἀχαιοὺς ὤμοσεν πείσας στελεῖν;
 620 πεισθήσομαι γὰρ ὧδε καὶ Ἰδίου θανῶν
 πρὸς φῶς ἀνελθεῖν, ὥσπερ οὐκείνου πατήρ. 625

ΕΜΠΟΡΟΣ.

οὐκ οἶδ' ἐγὼ ταῦτ'. ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἴμ' ἐπὶ
 ναῦν· σφῶν δ' ὅπως ἄριστα συμφέροι θεός.

V. 613. Vide ad Viger. p. 885. et Matthiae gr. Gr. §. 529. 3. Schaefer. Melet. cr. p. 102. Brunckius post μάλιστα interpunctit, quem alii sequuti sunt. Antea post μὲν incidebatur, quae mihi vera videtur interpunctio. Sensus est: ut quidem opinaretur, optime verbis adductum iri; sin minus, per vim.

V. 620. Vide Theogn. 702. schol. ad Iliad. ζ. 153. Pherecyd. fr. 41. Eadem fere Sophoclis scholiastes refert, morientem Sisyphum uxori mandasse, ut eum ne sepeliret; id deinde questum apud inferos, quum impetrasset, ut sibi vindictam sumere liceret, redisse in Orcum. Ὡδε non ad ὥσπερ referendum, sed ad ea, quae nuncius narraverat: ut Vlysses me ad revisendum Graecorum exercitum adducet, ita credam me post mortem ab inferis redituum, sicut patrem illius: i. e. non magis illuc ibo, quam mortuus in vitam revertar.

V. 623. Buttmanuo συμφέροι hic personaliter, dictum videtur, ut alibi impersonaliter, ut sit

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

- οὔκουν τάδ', ὦ παῖ, δεινά, τὸν Λαερτίου
 625 ἔμ' ἐλπίσαι ποτ' ἐν λόγοισι μάλθακοῖς
 δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις; 630
 οὔ. θάσσον ἂν τῆς πλείστον ἐχθίστης ἐμοὶ
 κλύοιμ' ἐχίδνης, ἣ μ' ἔθηκεν ὡδ' ἄπουν.
 ἀλλ' ἔστ' ἐκείνω πάντα λεκτά, πάντα δὲ
 630 τολμητά. καὶ νῦν οἶδ' ὄθούνεχ' ἴξεται.
 ἀλλ', ὦ τέκνον, χωρῶμεν, ὡς ἡμᾶς πολὺ 635
 πέλαγος ὀρίζει τῆς Ὀδυσσέως νεώς.

conducat vobis deus, i. e. utilis, beneficus sit. Ea mihi ratio tanto minus probanda videtur, quod illa ipsa significatio non propria est huius verbi, sed ex propria deducta. Euripidi in Medea v. 13. Medea dicitur πάντα συμφέρουσ' ἰάσσοι, in rebus omnibus consentiens et se accomodans illi. Eodemque modo Sophocles in Electra v. 1464. συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν. Similiter hic videtur eo verbo usus esse: quam optime vobiscum conspiraret deus.

V. 626. Νεὼς ἄγοντα, a navi. Vide ad Viger. p. 881. Quod Buttmano placet, νεὼς significare ἐν νηῖ, neque comprobari potest exemplis illis, quibus utitur, neque omnino, mea sententia, Graece dictum esset.

V. 627. Margo Turnebi οὐ θάσσον, quod ferri posset, si haec cum interrogatione proferrentur. Sed fortior est librorum scriptura. In scholiis legitur, οὐ θάσσον. τάχιον ἂν πεισθεῖην τῇ ἐχίδνῃ, ἢ τῷ Ὀδυσσεῖ.

V. 628. Ἐχίδνης meminit Eustathius p. 330, 4. (249, 45.)

V. 629. Male Erfurdlius cum Wakefieldio πάντα τε.

V. 632. Librorum scripturam ὀρίζει Brunckius

ΧΟΡΟΣ.

ἴωμεν. ἦ τοι καίριος σπουδή, πόνου
λήξαντος, ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν.

635

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκοῦν ἐπειδὴν πνεῦμα τοῦκ πρόρας ἀνῆ,
τότε στελοῦμεν· νῦν γὰρ ἀντιοστατεῖ.

640

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀεὶ καλὸς πλοῦς ἔσθ', ὅταν φεύγῃς κακά.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ' ἀλλὰ κἀκείνοισι ταῦτ' ἐναντία.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

640 οὐκ ἔστι λησταῖς πνεῦμ' ἐναντιούμενον,
ὅταν παρῆ κλέψαι τε χάρπασαι βία.

ut soloecam in ὀρίξῃ mutavit, quem sequutus est Erfurdcius. Scholiastes: ὀρίξει. διῖστησιν. Assentior Buttmano, servandum putanti indicativum; sed illud minus probo, quod ὡς nam interpretatur. Malim quoniam. Similiter apud nos weil etiam quam diu significat. De ὡς ἀν pro ἕως ἀν v. ad v. 1330. Br. Pro νεὸς H. Stephanus etiam βία legi refert. Ita cod. Ven.

V. 633. Tricliniani ἦτοι. Choro dedi hos versus, vulgo Philoctetae tributos.

V. 635. Libri ἀγῆ, nisi quod unus alterve codex ῥάγῃ vel ἄγῃ habent. Harl. omittit hoc verbum. Scholiastes: τοῦκ πρόρας ἀγῆ· ἤγονν ἐπὶ ἀν παύσῃται ὁ ἀνεμος ἐναντιούμενος. Piersoni in Veris. p. 63. et Valckenarii in Diatribe de fr. Eurip. p. 234. emendationem, ἀνῆ, merito Brunckius alique receperunt.

V. 639. Scholiastes: τοῖς γὰρ κακουργοῖς οὐκ ἔστιν ἐναντίος ἀνεμος. ἐν τῇ συγχύσει γὰρ μᾶλλον ἰσχύουσι. Non hoc cogitavit Sophocles, sed lucri cupiditate metum periculi vinci.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ', εἰ δοκεῖ, χωρῶμεν, ἔνδοθεν λαβῶν . 645
 ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' ἔστιν ὦν δεῖ, καίπερ οὐ πολλῶν ἄπο.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοῦθ', ὃ μὴ νεὼς γε τῆς ἐμῆς ἐνι;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

645 φύλλον τι μοι πάρεστιν, ᾧ μάλιστ' ἀεὶ
 κοιμῶ τόδ' ἔλκος, ὥστε πρᾶνενιν πᾶνυ. 650

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἔκφερ' αὐτό. τί γὰρ ἔτ' ἄλλ' ἐρᾶς λαβεῖν;

V. 641. Eustathius p. 236, 37. (179, 17.) ut soloiχοφανὲς affert, ἀλλ' εἰ δοκεῖ χωρῶμεν ἔνδοθεν λαβῶν ὅτου σε πόθος ἔχει. Non quadrant exempla, quae Erfurdcius attulit, ut in quibus verbum plurale de una persona dictum sit. Aptiora comparavit Elmsleius ad Med. 552. Nec dissimilia sunt talia: προσέλθειτ', ὦ παῖ, πατρί, quod est in Oed. Col. 1104. Vide Matthiae Gr. Gr. §. 511. 2.

V. 643. Est, inquit, quibus opus sit, sed non ex multis opibus, i. e. ut illa de magna rerum varietate deligere debeam.

V. 644. Wakefieldius et Erfurdcius ἐπι coniecerunt. Matthiae gr. Gr. §. 577. not. 2. νεὼς ἐνι pro ἔνεστι νεὼς accipit, quemadmodum verba cum ἐν composita interdum construuntur. Sic etiam, ut videtur, scholiastes, ita interpretans: τί ἔχεις, ὅπερ ἐμὴ νεὼς οὐκ ἔχει. ἀντὶ τοῦ οὐδὲν ἡμῖν λείπει, eamque rationem praefert Buttmannus explanationi a me ad Viger. p. 881 propositae: quid est hoc, quod ex navi mea sumi non possit? Id ego et linguae legibus et praegressis Philoctetae verbis καίπερ οὐ πολλῶν ἄπο convenire puto. Nam quae Matthiae attulit, et inter se dis-

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἴ μοι τι τόξων τῶνδ' ἀπημελημένον
παρεξέρχεται, ὡς λίπω μὴ τῷ λαβεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

650 ἦ ταῦτα γὰρ τὰ κλεινὰ τόξ', ἃ νῦν ἔχεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ταῦτ', οὐ γὰρ ἄλλα γ' ἔσθ', ἃ βαστάζω χερσῶν. 655

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἄρ' ἔστιν ὥστε κἀγγύθεν θεῖαν λαβεῖν,
καὶ βαστάσαι με, προσκύσαι θ' ὥσπερ θεόν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

σοί γ', ὦ τέκνον, καὶ τοῦτο, κἄλλο τῶν ξυῶν.

similia sunt, et ex parte aliena, neque aut in illis, aut in iis, quae Lobeckius ad Ai. 1261. commemoravit, ullum est exemplum, quod cum hoc Sophocleo recte comparari possit.

V. 646. Verba κοίμῳ τόδ' ἔλκος affert Eustathius p. 905, 6. 981, 49. (865, 20. 971, 46.)

V. 648. Edd. Triclinianae οἶμοι, τί τόξων. Τόξα hic non de solo arcu, sed etiam de sagittis et quidquid ad arcum pertinet, dici apertum est. Apte Buttmanus attulit Iliad. φ. 502. seq. et Eurip. Ion. 524. In fine versus Ald. lunt. prior et Brub. ἀπημελημένων. Sed iam ed. Colinaei ἀπημελημένον.

V. 650. Edd. vett. τόξα pro τόξ' ἃ, quod recte praebent Tricliniani. Altera scriptura etsi defendi potest, minus tamen apta videtur.

V. 652. De ὥστε ita addito, ut vim sententiae augeat, atque interdum per vel aut adeo exprimi possit, vide ad Viger. p. 949. Contra eam sententiam disputat Buttmanus, saepe metri causa et ὥστε et articulum τὸ infinitivo addi contendens. Spero ego aliter indicaturum esse virum praestantissimum, si singulorum exemplorum rationem accurate expendere voluerit.

655 ὁποῖον ἂν σοι ξυμφέρη, γενήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

καὶ μὴν ἔρω γέ· τὸν δ' ἔρωθ' οὕτως ἔχω· 660
εἴ μοι θέμις, θέλοιμ' ἂν· εἰ δὲ μὴ, πάρες.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὅσια τέ φωνεῖς, ἔστι τ', ὦ τέκνον, θέμις,
ὅς γ' ἡλίου τόδ' εἰσορᾶν ἐμοὶ φάος

660 μόνος δέδωκας, ὃς χθόν' Οἰκίαν ἰδεῖν,
ὃς πατέρα πρέσβυν, ὃς φίλους, ὃς τῶν ἐμῶν 665
ἐχθρῶν μ' ἐνερθεὺς ὄντ' ἀνέστησας πέρα.
θάρσει. παρέσται ταῦτά σοι καὶ διγγάνειν,
καὶ δόντι δοῦναι, κάξιπεύξασθαι βροτῶν

V. 655. Non tam quod utile illi sit, quam quod sit commodum, i. e. quod placeat, dicit.

V. 663. Cod. Ven. καὶ σοὶ διγγάνειν.

V. 664. Dubitationem excitarunt verba καὶ δόντι δοῦναι, cum quibus Schaeferus apte confert ea, quae Neoptolemus dicit v. 763. οὐ δοθήσεται πλὴν σοὶ τε κάμοι. Sed non satis tamen mentem Philoctetae mihi assequutus videtur, quum hoc eum voluisse dixit: licet tibi haec arma contrectare, sic tamen ut ea mihi reddas, quod eum humanius et amicus hac figura expressisse: licet tibi haec arma contrectare, mihi que qui dedi reddere. Probat tamen hanc interpretationem Buttmannus. Ego hac verbi geminatione hoc indicari puto, quod est omnium maxime simplex, quoties velit Neoptolemus, arcum ei datum iri. Eadem viam iniiit Solgerus. Ἐξεπέυξασθαι Buttmannus per hyperbaton praepositionis pro ἐπεξεύξασθαι dictum putat. At hoc inusitatum verbum est, neque usquam tale hyperbaton invenitur. Vim verbi ἐπέυξασθαι auget addita praepositio ἔξ. Pro βροτῶν cod. Ven. βροτοῖς.

665 ἀρετῆς ἕκατι τῶνδ' ἐπιψαῦσαι μόνον.
 εὐεργετῶν γὰρ αὐτός αὐτ' ἐκτησάμην.

οὐκ ἄχθομαι σ', ἰδὼν τε καὶ λαβὼν φίλον.

V. 666. Brunckius, Erfurdcius, Buttmannus cum Triclinianis καὐτός. Restitui edd. veterum scripturam αὐτός. Beneficium, quod commemorat, hoc fuisse fertur, quod rogo, quo se comburi voluit Hercules, ignem subdidit.

V. 667. Revocavi librorum scripturam, quam sensu carere Buttmannus non secus putat ac Brunckius atque Erfurdcius. Et Brunckius quidem scripsit οὐκ ἄχθομαι σ' ἰδεῖν τε καὶ λαβεῖν φίλον, ita legisse Georgium Ratallerum ratus, qui vertit, non molestum erit, si tu quoque attrectaveris. Erfurdcius autem, qui videret σὲ φίλον, quod Brunckius amicum te meum significare vellet, necessario σὲ τὸν φίλον, dicendum fuisse, edidit, οὐκ ἄχθομαι σ' ἰδὼν τε καὶ λαβεῖν φίλον, quod sic est interpretatus: non gravatim video te, quod itidem tibi carum sit, accipere. At neque hoc significant verba illa, neque, quem vere praebent sensum, aptus est. Buttmannus non posse se veriore scripturam excogitare ait, quam quae sit a Brunckio recepta. At illa scriptura, praeter illud, quod ab Erfurdcio reprehensum est, hoc laborat alio vitio quod ἰδεῖν non est contemplari. Sine mendae suspicione attulit hunc versum, ut scriptus in libris est, Valckenarius ad Herodot. III. 34. οὐκ ἄχθομαι construens cum participiis ἰδὼν τε καὶ λαβὼν. Quod etsi per se recte fieri potest, tamen neque nexa est cum praecedentibus sententia illa, gaudeo quod te vidi, amicumque repperi, neque necti potest per οὐδέ, quod dedit Wakefieldius. Non magis probari posset, si quis interpungi post παρέσται ταῦτά σοι

ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθῶν ἐπίσταται,
παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

670 χωροῖς ἂν εἶσω.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ σέ γ' εἰσάξω. τὸ γὰρ
νοσοῦν ποθεῖ σε ξυμπαραστάτην λαβεῖν.

vellet, et καὶ διγγάνειν quique reliqui sequuntur infinitivi cum οὐκ ἄχθομαι construi. Quare mihi non dubium videtur, excidisse versum, cuius locum asteriscis notavi. Sic enim, nisi egregie fallor, oratio procedebat: itaque hunc arcum manibus te tuis attrectare non gravate ferro quum et viderim te et amicum nactus sim. Ἴδὼν dicit, quod nunc primum ei innotuit Neoptolemus.

V. 668. *Εὖ παθῶν* eo tantum fine additum, ut mutua benevolentia indicetur, non quasi a Philocteta aliquid beneficii acceperit Neoptolemus. Cavendum autem, ne, quoniam priore versu definitio amici continetur, perversa videatur sententia nasci: qui amicus est, quibusvis opibus potior est amicus. Sic enim haec accipienda sunt: si quis beneficiis remunerari benevolentiam didicit, potior est amicus omnibus divitiis. Quod est, amico qui factis comprobet amicitiam suam, nihil esse praestantius. Praeterea operae pretium duxi monere, ne quis ita mederi huic loco velit, ut hos tres versus, qui huius orationis ultimi sunt, Neoptolemi esse, et collocari in ipso fine huius scenae debere putet. Nam etsi sic et οὐκ ἄχθομαι, scilicet *συμπαραστάτης σοι γενέσθαι*, et reliqua bene se haberent, scenaeque, ut mos est, sententiose finiretur: tamen nemo non facile videbit, ita et Philoctetae orationi iustam perorationem defuturam,

ΧΟΡΟΣ.

στροφή α.

Λόγω μὲν ἐξήκουσ', ὅπως δ' οὐ μάλα,
τὸν πελάταν λέκτρων ποτό τῶν Διὸς

nec Neoptolemo convenire hanc amicitiae laudationem, qui ipse ingens dederit beneficium, accepit autem exiguum.

V. 673. Libri veteres: τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ Διὸς Ἰξίονα, κατ' ἀμπυκα δὴ δρομάδα δέσμιον ὡς ἔλαβ' ὁ παγκρατῆς Κρόνον παῖς, nisi quod cod. Harl. pro κατ' ἀμπυκα habet κάμπυκα. Triclinius δὲ et παῖς omisit, ante Διὸς autem inseruit τοῦ. Huius scripturam Buttmanus non quod veram putaret, sed quod illa tamen ex codd. ducta videretur, restituit. Ea re Buttmanus dum Triclinio se patronum praebeat, iniuriam fecit Sophocli, quo ea scriptura, quae in antiquis libris est, etsi metro non convenit, tamen non indigna est, quum Tricliniana, non magis illa metro apta, plane putida sit ac monstruosa. Articulum ante Διὸς requiri, non eum tamen τοῦ, quem Triclinius posuit, sed τῶν, meo monitu vidit Gernhardus. Sic etiam Porsonus ad Eurip. Phoen. 145. quos sequuti sunt Erfurdus, Elmsleiusque ad Med. 149. Τοῦ tamen defendit Buttmanus, cui persuaserat Porsonus, articulum propter nescio quam emphasin addi deorum nominibus. Neque improbabilis Buttmanno videtur, quam Seidlerus metrorum descriptionem in libro de verss. dochm. p. 104. proposuit: quae nullo modo potest admitti, nec dubito quin ab ipso Seidlero pridem reiecta sit. Scholiastae hae sunt ex parte mutilae adnotationes: λόγω μὲν ἐξήκουσα. λόγω μὲν ἀκούω τὸ τοῦ Ἰξίονος πάθος, ὅτι τροχάζεται. τὸν πελάταν λέκτρων. τὸν βουληθέντα ἐπιβῆναι τῇ εὐνῇ τοῦ Διὸς· ἢ τὸν πειράσαι βουληθέντα τὰ τοῦ Διὸς λέκτρα· ὃν ἔδρασε ὁ Ζεὺς· μή

Soph. Vol. VI.

H

Ἰξίονα δρομάδα κατ' ἄμπνκα δέσμιοι ὡς ἔβαλεν
675 παγκρατῆς Κρόνου παῖς 680

μέντοι ἐωρακέναι μείζονα τῆς Φιλοκτῆτον νόσον. κατ' ἄμπνκα. κατὰ τροχόν. δρομάδα δέσμιοι. τὸν περιφερόμενον ἐν τῷ δρόμῳ δεδεμένον. Attuli haec, ut appareret, etiam scholiastas verba eadem, eodemque ordine, quo sunt in libris, legisse. Metra consideranti vix poterit dubium esse, quin lex eorum ex antistropha petenda sit. Sed quum aut illic aliquid desit, aut hic aliquid redundet, eo olim inclinabam, ut Ἰξίονα interpretibus deberi putarem. Nunc nec nomen Ixionis omissum a poeta esse veri simile existimo, nec, si esset omissum, secundum carminis versum non esse puro dactylo terminatum. Quod si quis forte, eiectis verbis ποτὲ Διός, scribendum putabit, τὸν πελάταν λέκτρων Ἰξίονα κατὰ δρομάδ' ἄμπνκα δέσμιοι ὡς ἔβαλεν, neque habebit, unde ποτὲ venisse dicat, nec Διός, ut potuerit omitti, eleganter abesse demonstrabit, neque cur scholiastae δρομάδα non cum ἄμπνκα coniunxerint poterit ostendere. Multo est veri similis in antistropha aliquid excidisse. Praeterea particula δῆ, quae hic valde inficeta est, verborumque ordinis turbatio a metricis videtur repetenda esse. Quare eiecta ista particula, quam Triclinius quoque sive libris auctoribus sive suo iudicio omisit, δρομάδα ante κατ' ἄμπνκα collocavi, proceleusmatico dactyli locum tenente. Nam ne quis καὶ δρομάδ' ἄμπνκα coniiciat, vel scholiastarum interpretatio prohibet, δρομάδα non ad ἄμπνκα, sed ad Ixionem referentium. Pro ἔλαβ' ὁ Wakefieldius ἔβαλ' ὁ, ego apud Erfurdium ἔβαλεν, quod recepi. Vocem ἄμπνκα respexit Hesychius: ἄμπνκες, τὰ διαδήματα, ἢ χαλινοί, ἢ τροχοί. οὕτω Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτῆτῃ. διὰ τὸ κυκλοτερές. Etymologicum M. de illo significato citavit Wakefieldius, Eustathium p. 1280, 57. Brunckius: ut non indigeamus Musgravi coniectura ἄντνγα.

ἄλλον δ' οὐτιν' ἔγωγ' οἶδα κλύων, οὐδ' ἐξίδον
 μοῖρα
 τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα θνατῶν,
 ὃς οὐτ' ἔρξας τίν' οὔτε νοσφίσας,

Fabulam praeter alios ornate exposuit Pindarus Pyth. II.

V. 676. Wakefieldii coniectura ἐξιδῶν minus poeticam reddi orationem, recte monuit Buttmannus.

V. 678. Libri veteres, ὃς οὐθ' ἔρξας τίν'. Tricliniani, ὃς οὐτ' ἔρξας τίν'. Eustathius p. 763, 2. (667, 24.) de Homericō τῇ πιθόμην καὶ ξερεῖα Iliad. IX. 453. disserens, Ὀμηρικὸν δέ τι, inquit, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φιλοκτῆτῃ τὸ, οὐτέ τι ῥέξας, κακὸν δηλαδὴ. οὐτῶ γὰρ νοεῖται, εἰ καὶ παντελῶς ἐκεῖ σιωπᾶται τὸ ῥεχθέν. Coniicias ex his, veram scripturam esse ὃς οὐτι ῥέξας τίν' οὔτε νοσφίσας, quia Eustathius nisi in ipso textu sic, ut apud eum editum est, habuisset, non κακὸν, sed κακὸν τι addidisset. Eodemque modo quod ex antiquiore quopiam scholio adnotavit Triclinius, βλαβερὸν δηλονότι, in textu non defuisse τι arguit. At ita in antistrophico versu post κατεννάσειεν syllabam excidisse necesse esset. Nam quod Doederlino in mentem venit, verba haec, θνατῶν, ὃς οὐτ' ἔρξας τίν' οὔτε νοσφίσας, trimeter esse, prohibet, quae sic praecedentibus infertur numeri perversitas. Idem Doederlinus omissionem pronominis τι defendere conatus est his in Sept. ad Theb. 1074. δράτω τε πόλις καὶ μὴ δράτω τοὺς κλαίοντας Πολυνείκην, et in Choeph. 458. ἔπρασε δ' ἄπερ νιν, ᾧδε θάπτει. Idque probat Buttmannus. At quae in Choephoris leguntur, tam sunt a Philoctetae loco diversa, ut cum eo comparari nullo modo possint. In Septem ad Thebas autem libri non habent τε, ac diu est, quum mihi visum est δράτω τι πόλις scribendum

680

ἀλλ' ἴσος ἐν γ' ἴσοις ἀνήρ,
 ὄλλυθ' ὦδ' ἀναξίως,
 τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει, πῶς

685

esse, quam emendationem ut ab ignoto sibi viro factam affert probatque Elmsleius ad Med. 1224. unde coniectio, nisi ille a me alicubi ita scriptum reperit hunc locum, etiam alii eandem emendationem in mentem venisse. Verum tamen etiam si non sit ibi *τι* reponendum, nihil conferet locus iste ad eum, de quo nunc disputamus. Nam et quae praecedunt apud Aeschylum, corrupta sunt, nec prorsus deest, quo *δρατῶ* referatur, quum poenae, quae subeunda sit iis, qui sepeliant Polynicen, paullo ante facta sit mentio. Eandemque ob causam Sophoclis locus non debebat cum illo Homeri *τῆ πιθόμην καὶ ἔρεξα* comparari. Itaque sic potius existimandum videtur, *οὔτ' ἔρεξας οὔτε νοσφίσας* omisso *τι* ita dici, ut significetur nec faciendum neque auferendo.

V. 679. Ex mea emendatione *γ'* inseruit Erfurdlius. Buttmannus, cui *ἴσοις* generis neutrius esse videtur, hoc sensu, ipse iustus erat, et iusta omnia eius, non scripsisset ista, si cogitasset, quomodo Graeci verba illa usurpare consuevissent. Nemo enim haec aliter accipiet, quam ut aequus ille inter aequos fuisse dicatur. Nec laudant Graeci, si quis iniquis aequus est, sed virtutem esse censent, aequis aequum, iniquum autem iniquis esse.

V. 680. Libri, *ὄλλυθ' ὦδ' ἀναξίως*. Temere Erfurdlius hunc versum tentavit, quum corrigere deberet antistrophicum.

V. 681. Libri, *τόδε θαῦμ' ἔχει με*. Buttmannus divisim scripsit *τὸ δὲ θαῦμ' ἔχει με*, non ut *τὸ θαῦμα* iungerentur, quamquam id non improbat, sed ut sensus sit, *τοῦτο δὲ θαυμάζω*. De sensu facile assentior, sed nego id Sophoclem isto pronomine *τὸ* dicturum fuisse. Erfurdlius metro

ποτέ, πῶς πόν' ἀμφιπλήκτων
 ῥοθίων μόνος κλύων, πῶς

consulebat ita, τόδε δὴ θαῦμά μ' ἔχει, inserta particula, quae parum huic loco convenit. Facilius poterat et aptius emendare hunc versum, si ex prononciatione vitium ortum esse animadvertisset. Itaque scripsi τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει. Versus hic et sequentes Ionici sunt a minore.

V. 683. Libri ῥοθίων μόνος κλύων. Canteri coniecturam κλύων probarunt Tourpius Em. in Suid. T. III. p. 146. sive ed. Lips. T. II. p. 260. Musgraviusque, receperunt Brunckius et Erfurd-tius. Hic quidem adscripsit postea Aeschyl. Agam. 1191. ubi κλύειν certatim a viris doctis in κλύζειν mutatum est. In scholiis haec leguntur: τόδε θαῦμα μ' ἔχει με. θαυμάζω, πῶς ὑπέμεινεν ἀεὶ κλυζομένοις (scribe κλυζομένην) κύμασιν ἔχων καταγωγὴν, καὶ ἔρημον παντάπασιν. ἀμφιπλήκτων. ἐκατέρωθεν πληττόντων. τὰ γὰρ κύματα κλύζονται κατὰ ἀμφοτέρων ὄχθην τῆς θαλάσσης. Probat κλύων Buttmanus, putatque pro κλυζόμενος dictum esse, et sic acceptum a scholiastis. Idem quod ait, ex Canteri coniectura ita demum probabilem sensum prodire, si μόνον vel μόνων legatur, non esse vere dictum, nemo non sponte intelliget. Nam qui in solitudine strepitum audit undarum, quid is aliud, quam solum eum audiat? Fallitur vero Buttmanus etiam in librorum scriptura scholiastarumque explicatione interpretanda. Non enim illi, si legerunt κλύων, pro passivo id habuerunt, sed construxerunt cum βιοτάν. Sed accurate eorum adnotationes consideranti valde dubium videatur necesse est, utrum illo verbo κλύεσθαι, quo utuntur, participium κλύων, an nomen ἀμφιπλήκτων explicare voluerint. Atque κλύων etsi et quod ad metrum attinet, defendi potest: vide Elem. D. M. p. 477. et ad βιοτάν re-

ἄρα πανδάκρουτον οὔτω 690
 βιοτὰν κατέσχευ'.

685

ἀντιστροφῆ ἄ.

ἴν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος, οὐκ ἔχων βᾶσιν,

latum non caret sensu, tamen haud paullo deterius videtur Canteri coniectura. Nam et veri similis est, exaequatas esse syllabas omnes, quam non exaequatas, et, quum κλύων simplicem, veram, elegantem praebeat sententiam, κλύζων orationem habet insolenti inversione contortam, descriptionemque continet neque veram, quia non humidi erant a fluctibus loci illi, quos incolebat Philoctetes, neque venustam, quia nihil praebet, quod imagine aliqua miseram viri conditionem representet. Eas ob causas ego quoque κλύων admisi.

V. 684. Pro ἄρα e cod. Flor. ἔστιν ἄρα adnotatum, unde erui poterit alia scriptura, ἔτι, pro ἄρα.

V. 686. Scholiastes: ἴν' αὐτὸς. ὅπον αὐτὸς μόνος ὑπὸ ἀνέμων βαλλόμενος, πρὸς ἄνεμον τετραμμένος ἦν. Haec nemo non videt inepta esse. Brunckium, qui sic explicat, ubi ipse sibi erat vicinus, sequitur Buttmannus, cui tamen non iniuria illud displicet, quod interiecta alia sententia, οὐκ ἔχων πόδα, idem sequatur, οὐδέ τιν' ἐγγύρων. Praeterea doceri velim, quomodo, si vera sit Brunckii interpretatio, omitti potuerit αὐτῶ. Apposite Erfurdius Luciani verba adscripsit in Timone c. 43. εὐωχέισθα μόνος ἐαυτῶ γείτων καὶ ὄμορος. Πρόσουρος apud Herodotum significat vicinum: sed illa Ionica forma a tragicis, si quid video, abiudicanda est. Apud hos πρόσουρος, ut ἔπουρος, ab οὔρος, qui est ventus secundus, deductum est. Itaque ἴν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος significabit, in quem locum ipse quasi secundo vento venerat. Quod sic est intelligendum, miserrimam illum vitam susti-

οὐδέ τιν' ἐγγώρων, κακογείτονα

nuisse eo in loco, ad quem ipse fortuna favente enisus esset.

V. 687. Edd. vett. post ἐγγώρων commate interpungunt, perpaucis exceptis, in quibus post κακογείτονα distinguitur. Scholiastes: οὐδέ τιν' ἐγγώρων. λείπει, ἔχων. Brunckius edidit, ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἔχων, ex cod. opinor. Illud λείπει tamen, quod insolentius hic de verbo subintelligendo usurparetur, vereor ego ne solum per se a scholiasta positum sit ad lacunam, de qua mox dicetur, indicandam. Idem: κακογείτονα. οὐ μόνον ὅπου καλὸν οὐκ εἶχε γείτονα, ἀλλὰ οὐδὲ κακόν, παρ' οὗ ἀμοιβαῖον λόγον στενάζων ἀκούσεται. τὸ δὲ ἐξῆς οὕτω δεῖ λαβεῖν· οὐδέ τινα ἐγγώρων ἔχων, παρ' ᾧ δὴ τὸν κακὸν γείτονα τὸν αἰματηρὸν στόνον ἀποκλαύσει. τὸ κακογείτονα γὰρ οὐ πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας, ἀλλ' εἴπερ τις ἐτύχαιεν αὐτῶ συνοικῶν, ὁ τούτου στόνος κακογείτονα ἂν ἦν ἐκείνω. Lessingius in Laocoonte p. 37. κακογείτονα cum τινὰ coniungebat, vicinum malis Philoctetae intelligens. Quae prorsus imperita est explicatio, nec probari debebat a Brunckio. Buttmannus, ipse quoque τινὰ ἐγγώρων κακογείτονα iungens, cum scholiasta vicinum intelligit eidem penuriae iisdemque miseriis collutantem, eumque forti et vere tragico vocabulo κακογείτονα dici ait. Non dicet, qui satis notos habeat tragicos. Omninoque valde miror, elegantissimi iudicii viro tam invenustas explicationes probari potuisse. Recte Musgravius Gernhardusque, cum veteribus libris κακογείτονα ad στόνον referentes, non vicini cuiuspiam, quod perineptum esset, sed ipsius Philoctetae στόνον intelligi viderunt: quem quum ἀντίτυπον dicit chorus, non ἀμοιβαῖον, ut scholiastes interpretatur, sed resonantem in rupibus cogitari voluit, ut supra dixerat ἂ δ' ἀδυρόστομος ἀχῶ τηλεφανής

παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον * βαρυβροῦτ' ἀποκλαύ-
σειεν αἱματηρόν. 625
690 ὃς τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἐλκείων

πικρᾶς οἰμωγᾶς ὕπ' ὀχεῖται. Quin apertissime v. 1459. Βτ. πολλὰ δὲ φωνῆς τῆς ἡμετέρας Ἑρμαιον ὄρος παρέπεμψεν ἐμοὶ στόνον ἀντίτυπον χειμαζομένω. Caeterum qui bene cognitos habeat tragicos non in multitudine epithetorum, quibus hic ornatum est verbum στόνον, sed in audacia potius haerebit, qua στόνον poeta dicit βαρυβροῦτα et αἱματηρόν. Quae ut aliquo modo excusari possit, tamen, praesertim quum verba haec non aequent strophicarum syllabarum numerum, quis non facile sibi persuadeat, pertinere illa duo epitheta ad aliud nomen, quod ex hoc loco exciderit? Vt si sic scripsisse poetam coniciamus: κακογείτονα παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον κάματος βαρυβροῦτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν, usitatissima illa tragicis constructione, de qua Porsonus ad Phoen. zoo. et quis non eorum, qui tragicos interpretati sunt, admonuere. Eam ob rem lacunae signa posui.

V. 690. Libri omnes et scholiastes οὐδ' ὃς τὰν θερμοτάταν. Quae quum metro non convenirent, Brunckius οὐδέ γ' ὃς τὰν dedit; Erfurdus οὐδ' ὃς, delete τὰν, quo articulo mihi hic locus, praesertim superlativo addito, vix videtur carere posse. Itaque οὐδ' expunxi, ut ex interpretum adnotationibus natum. Et sic etiam elegantior fit oratio. Cave vero, παρ' ᾧ et ὃς illa putes repetitionis figura dictum esse, qua supra Philoctetes erat usus v. 659. seqq. quae plane ab hoc loco aliena est: sed adiuncta est posterior enunciatio praecedenti ita, ut sit idem ac si dicas, apud quem mala sua defleret, ut is sanguinis profluvium restingeret. Ex h. l. Eustathius p. 806, 55. (727, 9.) καὶ τὸ κηκίειν δὲ κατὰ πάθος πέφρασται ἐν τῷ αἱμάδα κηκιομένην, ὃ μετ' ὀλίγα (v. 775.)

ἐνθῆρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις
κατευνάσειεν, εἴ τις ἐμπέσοι,

κηκῖον αἷμα ἐρόέθη. In scholiis Rom. scriptum : αἱμάδα κηκιομένων ἐλκείων. παρὰ τὸ, μέλαν δ' ἀνεκήκιεν αἷμα. Homeri verba sunt Iliad. η. 262.

V. 691. Ἐνθῆρου scholiastes interpretatur θηροδῆκτου. Recte vero Buttmannus ἄγριον, effertatum, significari putat, ut Aeschylus ἐνθηρον τρίγα dixit Agam. 571. Foedum enim pedis sanie delibuti adspectum intelligi poeta voluit.

V. 692. Cod. Ven. οὐδ' εἴ τις. Si vera est strophici versus quam libri habent scriptura, κατευνάσειεν tertia longa Dorice pro κατευνήσειεν dictum est. Eo verbo et simplici εὐνήσαι epici utuntur: tragici εὐνάσειν et κατευνάζειν dicere consueverunt. A quo si est κατευνάσειεν, poterit id quidem probari, si ex Eustathio in strophico versu scribatur ὅς οὔτι ῥέξας τίν' οὔτε νοσφίσας, sed ita ut syllaba putetur excidisse. Vix tamen invenias, quae satis apta vox sit, si quidem ne πὸτ' εἴ τις ἐμπέσοι quidem placet. Itaque nescio an praestet κατευνάσειεν, licet insolentius, pro κατευνήσειεν accipere. Librorum scripturam εἴ τις ἐμπέσοι quum non intelligeret Brunckius, εἴ τιν' ἐμπέσοι edidit, id ut esset pro τινί, scilicet φύλλῳ, dictum, aut pro τινά, nempe φύλλα. Id ille et Erfurdtio, et, quod valde miror, etiam Buttmanno persuasit. Haesit his in verbis etiam unus e scholiastis, cuius haec exstat adnotatio: ἀντὶ τοῦ ὅλως οὐκ ἔχων οὐδὲ ὅστις ἔλοι φύλλον αὐτῷ ἐκ τῆς γῆς, ἢ ὄρνιν τοξευθέντα ὑπὸ τοῦ Φιλοκτῆτου, καὶ πεσόντα εἰς τὴν γῆν. Recte vero aliud scholion: οὐδ' ὅστις τὴν θερμοτάτην καὶ ἀγρίαν αἱμάδα, τὴν τοῦ αἵματος ῥύσιν, (cod. Gallii χύσιν v. Thes. Steph. ed. nov.) ἀναδιδομένην ἐκ τῶν ἐλκῶν τοῦ θηροδῆκτου ποδός, ἠπίοις φύλλοις κατευνάσειεν, εἴ τις ἐμπέσοι. Est enim τις ad αἱμάδα referendum,

φορβάδος ἔκ τε γᾶς ἐλεῖν·
εἶρπε δ' ἄλλον ἄλλοτε,

700

quae vox, quam alibi vix reperias, non venam, ut Schneidero visum est in lex. Gr. sed, ut scholiastes interpretatur, profluvium sanguinis significat. Itaque hoc dicit chorus: qui sanguinis profluvium, si quod incideret, salutaribus herbis sopiret.

V. 693. Libri veteres φορβάδος ἔκ τε γᾶς ἐλεῖν. Et sic etiam Eustathius p. 978, 4. 1088, 35. (966, 42. 1117, 14.) qui φορβάδα γῆν ex h. l. commemorat etiam p. 539, 13. 775, 6. 862, 64. (408, 39. 684, 11. 807, 31.) Edd. Triclinianae ἔκ γε. Brunckius φορβάδος ὡς τε γᾶς ἐλεῖν scripsit, ita hoc vertens: nec qui fervidum sanguinem ex ulceribus laesi venenato morsu pedis scatentem lenibus herbis sisteret, si quibus forte incidisset, quas ex terra altrice carperet. Buttmannus Triclinium suum sequitur, eleganter dictum putans εἴ τινα ἐμπέσοι ἔκ γε γᾶς ἐλεῖν. At quae tandem illa est elegantia, quae coniuncta est cum perversitate sententiae? Nam quid est illud, ex terra quidem? Num etiam aliunde, quam ex terra, evelli possunt herbae? Sana est et incorrupta veterum librorum scriptura, modo meminerimus, constructionem mutari. Nam quum verbis οὐδέ τι ἐγγώρων ἔχων initio addidisset παρ' ᾧ ἀποκλαύσειεν, pro quibus etiam dicere poterat simpliciter ἀποκλαῦσαι, hanc constructionem in his postremis verbis cum altera consociavit. Quod cur fecerit, non est obscurum. Nam si perrexisset in priori constructione, φορβάδος ἔκ τε γᾶς ἔλοι, nemo non conturbaretur illo optativo, quem praegressus modo optativus ἐμπέσοι ad αἰμάδα referri postularet, quum tamen vicinus dici debeat herbas colligere. Cod. Flor. ἐλῆ vel ἐλεῖ.

V. 694. Libri veteres, ἔρπει γὰρ ἄλλοτ' ἄλλα. Perinepte Triclinius, ut metro scilicet consuleret,

695 τὸτ' ἄν εἰλνόμενος, παῖς
ἄτερ ὡς φίλης τιθήνας,

ἔρπει ἄλλοτ' ἄλλα γάρ. Huius patrociniū hic quoque suscepit Buttmannus, nesciens, ut videtur, diphthongi aut longae vocalis correptionem, sequenti vocali, a trochaicis numeris prorsus alienam esse; nequid dicam de spondeo in sede impari. Ego cur haec longe aliter emendaverim, mox os;endam.

V. 695. In vitioso πᾶς Harl. Ald. Iuntinae aliaequae vett. edd. consentiunt. In Triclinianis emendatum.

V. 696. Libri veteres: ὄθεν εὐμάρεϊ ὑπάρχει πόρον, ἀνὶ ἕξανίησι δακέθνυμος ἄτα. Nihil discrepant Triclinianae, nisi quod ἕξανίη exhibent. Valde friget, quam Buttmannus probat, Musgraviū interpretatio, quem vocabulum ὄθεν movit, ut id ad nutricem referret, quae gressum pueri firmaret. Non adeo invenustus erat Sophocles, ut, si Philoctetam cum puero a nutrice destituto compararet, docendum putaret auditorem, quis usus esset nutricis, et non potius afferendum, quod ad Philoctetae conditionem pertineret. Rectius scholiastes: ὄπου εὐμαρὲς ἐστὶν αὐτῷ ἀπιέναι. Nec tamen acutetigit. Hoc enim dicit, eo, unde levamen suppeteret, accessisse Philoctetam. Intelligit autem loca, in quibus herbae salutares nascerentur. Haec observatio, si quis illa, quae de constructione verborum scholiastes adnotavit, expendat, facile monstrabit quomodo emendari hic locus debeat. Is igitur sic scribit: τὸ δὲ ἐξῆς· τότε γὰρ ἦν ἵνα ἕξανίησι δακέθνυμος ἄτα, ἔρπει (ed. Rom. ἔρποι) πόρον ἄλλοτ' ἄλλον εἰλνόμενος, ὡσπερ παῖς ἀνευ φίλης τιθήνης ὑπάρχων. Apparet ex his primo, legisse eum ἄλλοτ' ἄλλον πόρον. Ac πόρον habet cod. Flor. idque metrum efflagitat. Tum γὰρ non dubium videtur quin pro δὲ ex interpretatione in tex-

ὄθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι,
πόρον, ἀνίξ' ἔξανείη
δακέθυμος ἄτα.

705

στροφῆ β'.

700 οὐ φορβάν ἱερᾶς γᾶς σπόρον, οὐκ ἄλλων

tum venerit. Nam qui verba ὄθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι sic, ut diximus, intelligenda viderunt, non potuerunt non δὲ hic pro γὰρ positum putare. Denique metra strophica ostendunt, dicta haec fuisse, sicuti quae praecedunt, tempore praeterito. Vnde ἔρπει, pro quo in cod. Ven. ut in scholiis ἔρποι scriptum est, in εἶρπε mutavi, restituique optativos ὑπάρχοι et ἔξανείη. Et ὑπάρχοι quidem habet cod. Ven. Idem ἔξανείη, cod. Flor. autem ἔξανίης.

V. 699. Δακέθυμος ἄτη, quam ipsam Musgravius pueri istius intelligendam putabat, commemorata est Eustathio p. 575, 8. 1506, 64. 1590, 43. (437, 2. Od. 183, 14. 300, 28.)

V. 700. Ἱερᾶ γῆ ex h. l. adnotata Eustathio p. 789, 10. (702, 43.) Pro σπόρον cod. Ven. σῖτον, cod. Flor. καρπόν. Quae manifestae sunt interpretationes, quarum prior etiam in scholiis legitur. Deinde vocis ἄλλων ultimae syllabae in cod. Flor. superscriptum ο, ut ea sit alia lectio, ἄλλον. Buttmannus sic putat verba construenda esse: φορβάν αἴρων οὐ σπόρον ἱερᾶς γᾶς, οὐκ ἄλλων ὧν νεμόμεσθα, et haec postrema sic dicta putat pro οὐκ ἄλλα, ὧν νεμόμεσθα, sive per attractionem inversam, ut οὐδενὶ ὅτω οὐκ ἀρέσκει, sive per ellipsin, ut sit pro οὐκ ἐκεῖνα πάντα, ὧν ἄλλων νεμόμεσθα. Non indigemus his machinis. Homines Graeci ista multo simplicius intelligebant. Nam quum οὐ φορβάν γᾶς σπόρον αἴρων nihil aliud sit, quam οὐ φορβάν γᾶς, additum est etiam οὐκ ἄλλων, scilicet φορβάν. Idque vel locus, quo primum οὐ positum est, confirmat. Non pabulum terrae fruges, non aliarum rerum, qui-

αἴρων, τῶν νεμόμεσθ' ἀνέρες ἀλφησταί,
πλήν ἐξ ὠκυβόλων εἶποτε τόξων

710

bus vescimur, habens. Ad metra quod attinet, duos versus choriambicos fecit Erfurdcius e quaternis, qui in edd. erant. Recte. Certe non videtur veri simile esse, quod Seidlero de vers. dochm. p. 132. placet, ex quaternis illis secundum et quartum dochmios esse.

V. 702. Libri, πλήν ἐξ ὠκυβόλων εἶποτε τόξων πτανῶν πτανοῖς ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν, nisi quod cod. Flor. postrema hoc ordine, πτανῶν ἀνύσειε πτανοῖς γαστρὶ φορβάν. Scholiastes: πλήν ἐξ ὠκυβόλων. περωτῶν τόξων. ἦτοι, πλήν εἴ ποιν τοῖς πτηνοῖς βέλεσιν ἐξ ὠκυβόλων τόξων ἀνύση φορβήν. πτηνῶν. τουτέστιν ὀρνέων. λείπει δὲ ἡ ἀπο, ἢ ἢ, ἀπὸ τῶν πτηνῶν. Ex his Brunckius in postrema editione, omisso πτανῶν, dedit πτανοῖς ἰοῖς, quod recepit Erfurdcius. Wakefieldius coniecit πτανὰν πτανοῖς, qua in scriptura tamen verbum, quod sagittas significet, desideratur. Neque enim tale verbum ullo pacto intelligi potest, licet neque hic, nec Buttmannus tam inaudita ellipsi offensi sint. Sed Buttmannus tamen meliorem viam ostendit, πτανῶν πτανὰν scribi posse monens: quod eum sic intellexisse opinor, ut, licet male ista interpunxerit, ἐξ ὠκυβόλων τόξων πτανῶν et πτανὰν φορβάν coniungi vellet. Non valde tamen placet ista eiusdem epitheti diverso cum significato consociatio, multumque praestaret vulgata, ita ut πτανοῖς esset substantivum, πτανῶν autem ad τόξων referretur: vide ad v. 648. Ita sensus esset: nisi si quando per rapidas alatas sagittas alitibus ventri victum inveniret: i. e. avibus se alere posset. Recte tamen, mea sententia, Brunckius, quam inficeta est, inquit, eiusdem vocis in uno versiculo repetitio, modo volucres sagittas per appositionem notantis, modo

705 πτανοῖς λοῖς
 ἀνύσειε γαστροὶ φορβάν.
 ᾧ μελέα ψυχά,
 ὄς μηδ' οἴνοχύτου πώματος ἤσθη δεκέτει χρόνον, 715
 λεύσσω δ' ὄπου

vice substantivi aves. Itaque Brunckii emendationem, quae et elegantissima est, et interpretationi scholiastae respondet, recipiendam duxi. In qua si quis non acquiescendum putabit, ei suaserim, ut certe aut πτανᾶν λοῖς, aut πτανῶν λοῖς scribat; hoc quidem, ut πτανῶν ad τόξων referatur. Nam ex hac scriptura facillime vulgatae origo explicari potest, quod qui exiguo errore ita scriptum videbant, πτανῶνοῖς, ultimam syllabam diversae lectioni indicandae inservire rati, eas lectiones plene scriptos dederunt, πτανῶν πτανοῖς. Metra recte distinxit Porsonus in Add. ad Eurip. Hec. 1169.

V. 706. Si quis mirabitur, quod hic μηδέ, non οὐδέ dictum sit, cogitet velim μή, ut negationem, quae proprie non ad rem ipsam, sed ad cogitationem eius spectet, quadam coniectandi dubitandique potestate praeditam esse, ut si Germanice dicas, der wohl nicht. Quae dubitativa orationis figura saepe etiam fortior est simplici affirmatione vel negatione. Vide infra v. 1048. Edd. vett. πώματος. Quod Atticorum usum postulare monuit Porsonus ad Hec. 396. πώματος, in scholiis est et edd. Triclinianis. Deinde edd. δεκέτη χρόνον. Cod. Hart. δεκέτη χρόνον. Venetus, δεκαετη χρόνον. Florentinus et Paris. 2886. δεκέτει χρόνον. Praetuli dativum, ut paullo magis convenientem dictioni poeticae.

V. 707. Libri omnes, λεύσσω δ' ὄπου γνοίη στατόν εἰς ἕδωρ, nisi quod Paris. 2886. λεύσσειν, et cod. Flor. λεύσειν habent, Venetus autem εἰς omittit. Brunckius metri caussa scripsit λεύσσω δ' εἰ που γνοίη, qui non dubitaret de veritate scrip-

γνῶνῃ στατὸν εἰς ὕδωρ,
αἰεὶ προσενώμα.

turæ in versu antistrophico. Buttmannus quomodo illam emendationem etiam ex linguae ratione necessariam esse putet, non intelligo. Nisi forte εἰ ἀν significare voluit. At ita non γνῶνῃ, sed εὔροι vel simile verbum ponendum erat. Idem valde laudat Wakefieldii coniecturam πὸδ' ἐνώμα, licet ad v. 167. προσενώμα, quod in libris est omnibus, probare videatur. Id verbum scholiastes interpretatur ἐαυτὸν ἐλνεῖ, ἤγγον ἐπροσέετο. Quae vereor ut sit huius verbi significatio. Erit fortasse, qui e duorum quos diximus codicum scriptura ἔλεσιν pro λεύσσων reponendum coniciat. Sed ne quid de metro dicam, recentioris usus esse vox illa videtur. Invenitur ea praeter scriptores a lexicographis allatos, apud Etymol. M. 329, 37-341, 5. 428, 35. exstatque corrupta apud Suidam v. παρακαλώ. Quamquam perantiquam esse urbs Elensis ostendit. Tragicum est ἤλυσις. Sed sana est vulgata, cuius hunc puto sensum esse: intuens in stagnantem aquam, ubi quid eius nosset, quotidie dispensabat eam. Λεύσσων εἰς ὕδωρ non est circumspiciens, quaerens aquam: scire enim dicitur, ubi inveniret; sed desiderii describendi causa dictum est, quemadmodum solemus intueri in illud, unde salutem et praesidium speramus. Προσενώμα autem ita dictum videtur, ut ad cibum respiciatur, quo ubi se refecisset, semper aliquid aquae, sed illud propter raritatem eius parce, ad sitim leniendam addiderit. Caeterum quae hic de stagnante aqua, quae potum Philoctetae praebuerit, dicuntur, non convenire cum v. 21. ubi prope ipsum antrum ποτὸν κορυβαῖον commemoratum est, neque cum v. 1461. Br. ubi fontibus dulcique aquae valedicit Philoctetes, observatum est a Gedikio. Ei recte respondere existi-

- ἀντιστροφῆ β.
- 710 νῦν δ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν παίδος ὑπαντήσας,
 εὐδαίμων ἀνύσει καὶ μέγας ἐκ κείνων. 720
 ὅς νιν ποντοπόρῳ δούρατι, πλήθει
 πολλῶν μηνῶν,
 πατρῶαν ἄγει πρὸς αὐλάν
- 715 Μηλιάδων νυμφῶν, 725
 Σπερχείου τε παρ' ὄχθαις, ἔν' ὃ χάλκασπις ἀνὴρ
 θεοῖς

mo Buttmannum, chorum, cui ignotae sint loci opportunitates, qualem ipse putet viri vitam esse, exponere. Pugnarent tamen illa inter se nihilo minus, si in scena conspectus esset fons iste, cuius v. 21. facta est mentio. Neque enim hunc ante oculos videns chorus ista dicere potuisset. Sed credibile est, non esse eum fontem in scena repraesentatum, ideoque adiicere illic Vlysses, εἶπερ ἐστὶ σῶν. Quod Buttmannus ad v. 1437. suspicatur, quae de fontibus et aqua stagnante inter se pugnantia narrentur, interpolationis vestigia esse, de ea re suam dixit sententiam Wunderus p. 17. seq. Buttmanni coniectura sic demum aliquam veri similitudinem haberet, si ostendi posset, quem nunc habemus Philoctetae textum e diversis recensionibus conflatum esse.

V. 716. Mirabatur Wakefieldius Herculem aereo scuto potius, quam clava et pelle leonina ornatum. Buttmannus contra miratur, non recordatos esse interpretes nobilissimi Hesiodo carmine scuti. Mihi non videtur Sophocles ad Hesiodum respexisse. Nam neque vocabulum illud χάλκασπις non cuivis armato viro convenit, neque ornamenta, qualia poetae illi, quorum versibus carmen Hesiodicum interpolatum est, enumerarunt, singulare quid sunt, siquidem et Achilles et plerique alii heroes similia scuta habebant. Quare Brunckium, qui

πλάθει πάλαι,

nomine illo nihil nisi bellicosum significari putavit, recte probari ab Erfurdtio arbitror. Herculem enim dici, non epitheton illud, sed adscensio ad deos ex monte Oeta declarat. Caeterum docte Buttmannus de ornatu Herculis apud antiquissimos disseruit, advocata Heinrichii commentatione ad Hesiodum. Tenendum est autem, tragicos Homeri exemplo arcum et sagittas ut proprium Herculis commemorare. Eiusque rei hanc quoque causam esse existimo, quod heros, quem cothurni et palla grandioremspectu reddere deberent, non poterat nudus in scenam produci. Ex eo discrimine quomodo se Aeschylus in victo solutoque Prometheo expedierit quaerere, non est huius loci. Illud vero non est praetereundum, scivisse summum poetam, quanto efficacior hic illa simplex Herculis designatio, ὁ χάλκασπις ἀνὴρ, esset, quam si aut nomen aut plura et magnificentiora verba ponerentur. Nihil enim divinius fingi potest hoc carminis exitu, quo ex tantis malis tandem exorta laetissima spes describitur, quum quomodo miseris fractus iacebat, nobilis adolescentis praesidio erectus, tam longum post tempus patrios saltus et flumina visurus est sacrumque montem, in quo fortissimus heros caelesti resplendens flamma sublimis ad deos abiit.

V. 717. Brunckii cod. T. ut in scholiis scriptum πᾶσιν, quod Heathio auctore in recentioribus edd. receptum. Antiquiores libri omnes πᾶσι. In scholiis ita scriptum: Ἐν' ὁ χάλκασπις. ὅπου ὁ ἐνθεωθεὶς ἀνὴρ πελάζεται πᾶσι. (Triclinius addit τοῖς θεοῖς.) λέγει δὲ τὸν Ἡρακλέα. πλάθει πᾶσιν. ἐπιφαίνεται λαμπρὸς ὡν ὡς πῦρ. His etsi πᾶσιν confirmatur, tamen et friget haec vox, et, si recte libri in strophico versu ὅπου habent, metro repugnat. Erit fortasse, quem illud scholiastae ὁ ἐνθεωθεὶς ἀνὴρ moveat, ut scribendum coniiciat, Ἐν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ θεοῖς πλάθει θεός, vel, quod et ele-

Soph. Vol. VI.

I

θείῳ πυρὶ παμφαῆς,
Οἴτας ὑπὲρ ὄχθων.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

720 Ἐρπ', εἰ θέλεις. τί δὴ ποδ' ᾧδ' ἐξ οὐδενός 730
λόγον σιωπᾶς, κάποπληκτος ᾧδ' ἔχει;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ᾠ ᾠ, ᾠ ᾠ.

gantius foret et veri similius, ἴν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ
θεὸς πλάθει πατρί. Attamen ne hoc quidem satis
placet. Deest enim tali orationi simplex illa gra-
vitas, quam requirit commemoratio faustissimae
opportunitatis, qua se locus summi herois ad deos
transitu nobiles revisurum Philoctetes sperat. Huic
rei quum eximie conveniat, uno vocabulo πᾶσι
excepto, librorum scriptura, non videor mihi au-
sus esse, quod reprehendi possit, quum illa voce
in πάλαι mutanda et metram et sententiam vitio
liberavi.

V. 718. Apollodorus II. 7, 7. §. 14. quum dixis-
set rogam accendi iussisse Herculem, ita pergit:
μηδενός δὲ τοῦτο πράττειν ἐθέλοντος, Ποίας, παριῶν
κατὰ ζήτησιν ποιμνίων, ὑφῆψε. τούτῳ καὶ τὰ τόξα
ἐδωρήσατο Ἡρακλῆς. καιομένης δὲ τῆς πυρᾶς, λέγεται
νέφος ὑποστάν μετὰ βροντῆς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀνα-
πέμψαι. Ea sic narrat Diodorus Sic. 1V. 38. οὐ-
δενός δὲ τολμῶντος ὑπακοῦσαι, μόνος Φιλοκτῆτης
ἐπέισθη, λαβὼν δὲ τῆς ὑπουργίας χάριν τὴν τῶν
τόξων δωρεάν, ἤψε τὴν πυρᾶν. εὐθὺς δὲ καὶ κεραυ-
νῶν ἐκ τοῦ περιέχοντος πεσόντων ἢ πυρὰ πᾶσα
κατεφλέχθη.

V. 721. Edd. ante Brunckium et Battmannus,
κάποπληκτος ᾧδ' ἔχη, numero non tragico. Tacite
dedit Brunckius κάποπληκτος, haud dubie ex codd.
Certe e cod. Ven. qui cum Brunckiana ed. colla-
tus est, nihil nisi ἔχεις in hoc versu adnotatum.

V. 722. Brunckius ᾠ ᾠ ᾠ ᾠ. Et sic etiam v. 729.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί ἔστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδὲν δεινόν. ἀλλ' ἴθ', ὧ τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

μῶν ἄλγος ἴσχεις τῆς παρεστῶσης νόσου;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

725 οὐ δῆτ' ἔγωγ'. ἀλλ' ἄρτι κουφίξειν δοκῶ.
ἰὼ θεοί.

735

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς;

Tricliniani et cod. Ven. ac scholiastes quater ἄ, quos sequutus sum, quia geminari solent huiusmodi voculae. Cod. Harl. et edd. vetf. ter ἄ. Respondent sibi autem v. 722. et 729. Neque enim recte de his iudicavi ad Eurip. Hec. p. 72.

V. 723. Erfurdinus hic et v. 743. τί δ' ἐστίν. cum Porsono ad Phoen. 892. hiatum ferri non posse ratus. Respondit his Martinus ad Philoct. 100.

V. 724. Cod. Ven. ἴσχει. At repugnat ei scripturae quod sequitur ἔγωγε.

V. 725. Scholiastes: ἐνοχλεῖ τῷ Φιλοκτήτῃ ἢ συνήθης νόσος. θέλει δὲ κρατῆσαι ἑαυτοῦ. διὸ προσποιεῖται, ὅταν λέγη, ἀλλ' ἄρτι κουφίξειν δοκῶ. Similia idem recte ad v. 726.

V. 726. Seidlerus ad Iph. Taur. 762. quo loco legitur, Π. ὦ θεοί. I. τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἑμοῖς; scribendum putabat: Φ. ὦ θεοί. N. τί τοὺς θεοὺς ὧδ' ἀναστένων καλεῖς; sic etiam V. D. in Diar. class. fasc. II. p. 337. Non assentior, non solum quod huic Bacchio, ἰὼ θεοί, respondet v. 740. sed etiam, quod valde dissimiles inter se sunt Sophoclis et Euripidis I. ci. Apud Euripidem enim ὦ θεοί stupentis est, aegreque se continentis;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

σωτήρας αὐτοὺς ἠπίους θ' ἡμῖν μολεῖν.
 ᾠ ᾠ, ᾠ ᾠ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

730 τί ποτε πέπονθας; οὐκ ἔρεῖς; ἀλλ' ὧδ' ἔσει 740
 σιγηλός; ἐν κακῷ δέ τῳ φαίνει κυρῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπόλωλα, τέκνον, κού δυνήσομαι κακὸν
 κρύψαι παρ' ὑμῖν, ἄτταταῖ· διέρχεται,
 διέρχεται. δύστηνος, ὦ τάλας ἐγώ.

735 ἀπόλωλα, τέκνον· βρύκομαι, τέκνον· παπαῖ, 745

apud Sophoclem illa dolore extorta exclamatio est, quam et fortius et singulari versu proferri decebat.

V. 729. Libri sic ut v. 722.

V. 730. Edd. vett. interpungunt, τί ποτε πέπονθας οὐκ ἔρεῖς; Ed. Turn. coli signum habet post πέπονθας. Interrogandi signum recte ibi a Stephano positum.

V. 732. Harl. et edd. vett. ac Brunckius ἀπόλωλα. De quo anapaesto vide praefat. ad Bacch. p. 43. Cod. Ven. et Tricliniani ac Buttmannus ὀλωλα, non inepte, ut fortius verbum ἀπόλωλα demum v. 735. inferatur.

V. 733. Brunckius et Buttmannus cum Triclinianis ἄτταταί. Veteres libri ἄτταταῖ ex praecepto grammaticorum, quorum de multis unum nominasse satis est Herodianum περὶ μονήρους λέξεως p. 27, 13.

V. 734. Male Wakefieldius, διέρχεται δύστηνον. Vide ad v. 291. Tum edd. vulgatae ὦ τάλας. Brunckius, quem sequitur Buttmannus, ὦ τάλας. Neque est cur hic quidem ὦ praeferatur.

V. 735. Libri omnes βρύχομαι. Scholiastes: βρύχομαι. ἐσθίομαι, καταναλίσκομαι. Hinc

ἀπαππαπαῖ, παπαππαπαππαπαππαπαῖ.
 πρὸς θεῶν, πρόχειρον εἴ τι σοι, τέκνον, πάρα
 ξίφος χερσῶν, πάταξον εἰς ἄκρον πόδα·
 ἀπάμησον ὡς τάχιστα· μὴ φείσῃ βίου.
 ἴθ', ὦ παῖ.

740

750

Brunckius βρύνκομαι dedit. Ei respondet Buttman-
 nus, valde incerta esse, quae de diverso harum for-
 marum significatu a viris doctis praecipiantur, si
 quidem Moeris ea sic tantum distinguat, ut βρύνκειν
 Atticam, βρύνχειν communem formam esse dicat.
 Ac legi βρύνχειν mandendi significatu in Eurip. Cycl.
 358. 371. nempe in Aldina. Nam ibi quoque a VV.
 DD. repositum βρύνκειν. Nobis ex iis, quae a doctis
 hominibus ad Moeris et Ammonium disputata sunt,
 hoc videtur elucere, etsi haec verba origine unum
 sint, tamen usu, ut in plurimis aliis et Graecae et
 aliarum linguarum verbis, aliquid discriminis in-
 valuisse, ut βρύνκειν mandere, βρύνχειν autem
 frondere significaret. Quamobrem assentimur
 iis, qui et hic et in Cyclope βρύνκειν reponunt.
 Παπαῖ veteres libri, iusto accentu: v. ad v. 733. et
 sic etiam in sequente versu. Παπαῖ Tricliniani,
 Brunckius, Buttmannus.

V. 736. Edd. vett. ἀπαπαπᾶ· παπᾶ· πάπα· πάπα·
 παπαῖ. Tricliniani et Buttmannus quinquies παπᾶ,
 et tum παπαῖ. Brunckius suo arbitratu, ἀπαππα-
 παῖ, tum ter παπᾶ, et denique παπαῖ. Harl. et
 membr. ἀπᾶ πα παῖ. Non recte enim ἀπᾶ παπαῖ
 ex membranis a Brunckio enotatum puto. Cod.
 Ven. sexies παπᾶ. Haec commemorari si quis exile
 ducat, is cogitet velim, etiam in his quid veri si-
 millimum sit, a critico quaeri debere, idque tanto
 magis, quo facilius huiusmodi exclamationes, nisi
 recte apteque pronuncientur, in risum verti so-
 leant. Non est autem obscurum, Triclinianum il-
 lud toties repetitum παπᾶ, et siquid huic simile

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δ' ἔστιν οὕτω νεοχμὸν ἐξαίφνης, ὅτου
 τοσήνδ' ἰυγὴν καὶ στόνον σαυτοῦ ποιεῖς;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἶσθ', ὦ τέκνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί ἔστιν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἶσθ', ὦ παῖ. τί σοί;

est, nec doloris vim apte exprimere, et audienti fastidium potius, quam horrorem excitare. Accedit quod veram harum vocum formam non dubiis indiciis monstrat v. 744. Quare dedi, ἀπαππαπαῖ παπαππαππαππαππαππαῖ. In quibus manifestus est ingravescens vehementissimi cruciatus impetus. Aptissime autem illa crebra repetitio litterae π palpitationem oris et maxillarum, quae huiusmodi dolorum propria est, exprimit.

V. 741. Quid est, inquit, ita novum subito, quod tantum de te eiulatum et gemitum edis?

V. 743. Libri veteres: Φ. οἶσθ' ὦ τέκνον. N. τί ἔστιν; Φ. οἶσθ' ὦ παῖ. N. τί σοί; Φ. οὐκ οἶδα. N. πῶς οὐκ οἶσθα; Φ. παππᾶ, παππᾶ. παῖ. Triclinius illis, οἶσθ' ὦ τέκνον, et οἶσθ' ὦ παῖ signa interrogandi apposuit, quae quis credat a Brunckio Buttmannoque servata esse? Aliorum commenta retulit Erfurdcius, qui deletis illis interrogandi signis, quae etiam Wakefieldius inepta esse intellexerat, postremum verum totum Philoctetae dedit, hoc modo: οὐκ οἶσθα; πῶς οὐκ οἶσθα; παππαππαππαππαῖ. Buttmanno οἶσθα videtur esse eius, qui rem aliquam expositurus dubitanter id indicet; tum οὐκ οἶδα reticentis ob metum. Esset haec aliqua, sed ea valde quaesita et a naturali simplicitate aliena ratio. Rei totius statum, modumque, quo tragici hoc genus tractare solent, si quis animo bene per-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ οἶδα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς οὐκ οἶσθα; παππαπαπαπαί.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

745 δεινὸν γε τοῦπίσαγμα τοῦ νοσήματος.

755

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

δεινὸν γάρ, οὐδὲ δητόν· ἀλλ' οἴκτειρέ με.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δῆτα δράσω;

pendat, primum videat necesse est, οἶσθ' ὃ τέκνον nihil aliud significare posse, quam nosti: nempe ulceris me doloribus cruciari. Deinde iterum interrogantem Neoptolemum idemque responsum, οἶσθ' ὃ παῖ, ferentem, ad haec verba respondere οὐκ οἶδα. Id autem mirantem simulque indignantem Philoctetam illud dicere, πῶς οὐκ οἶσθα; Ex his necessario consequitur, verba τί σοι, quae a Neoptolemo pro τί ἔστι σοι dicta usui repugnant, Philoctetae esse tribuenda, accentu non inclinatio, quid tibi? i. e. quid tua refert, scilicet explicatio mala mea enarrari. Quae est oratio irritati interrogationibus, quae nihil ad dolorem allevandum conferunt: quas aegerrime ferunt, quos dolor aliqui cruciat. De formula ista vide Lamb. Bos. Ellips. p. 593. seq. Caeterum Erfurdus hic quoque τί δ' ἔστιν. V. ad v. 723. Tum cod. Ven. πάπα πάπα παῖ. ed. Turn. παπα, παπα, παπαί. Steph. Cant. παπὰ, παπὰ, παῖ. Brunckius, Erfurdus, Buttmanus παππαπαπαπαί.

V. 745. Libri veteres et ed. Steph. τοῦπίσαγμα. Edd. Turn. Cant. τοῦπίσαγμα. Scholiastes: τοῦπίσαγμα. ἢ ἐπέσοδος, ἢ προσθήκη. Quae videntur utriusque scripturae explicationes esse. Sed recte τοῦπίσαγμα a criticis probatum.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μή με ταρβήσας προδῶς.
ἦκει γὰρ αὕτη διὰ χρόνου πλάνοις, ἴσως

V. 753. Πλάνης, quod est in cod. Harl. adoptatum se fuisse ait Buttmannus, nisi veritus esset ne vocem forte minus Atticam Sophocli obtruderet. Non dixit, quam vocem in mente haberet, utrum substantivum πλάνη, quod et Atticum et tragicis usurpatum esse, Elmsleius ad Oed. R. 67. adnotavit, an adiectivum πλάνης, non magis illud a tragicorum usu abhorrens. Vtrique autem hic locus est. Praeterea non definire se ait, ὡς utrum significet ἕως an ὅτε, de sensu tamen loci non explicans. Interpunctio in vulgatis nulla. Sed Brunckius distinxit ante πλάνοις, scholiastam sequutus, cuius haec verba habemus: ὁδοιπορίαίς. ἦκει ἢ νόσος ἴσως, ὅτε ἐκορέσθη πλανωμένη. ὡς ἐπὶ θηρῶς δὲ ποιεῖται τὸν λόγον. Vertit autem: lues enim illa vices alternat, atque ex intervallo redit, postquam forte ad satietatem evagata est. Vitis vero Winsemius ita: accedit enim per intervalla, sicut erronee solent, ubi expletus est. In eandem fere sententiam Georgius Rattlerus: identidem recurrit, erronee velut, errorum ubi illos satietas cepit, solent. Hae interpretationes omnes, etiam si per verborum significationes admitti possent, tamen ineptae essent. Nam Philoctetes quum modo dixisset, μή με ταρβήσας προδῶς, huius precis iam debet rationem reddere. Ea potest duplex esse. Nam aut affirmabit, non deesse metuendi prodendique causam: ita ut orare videatur, ne faciat Neoptolemus quod credibile sit metuentem facturum esse: veluti si dicat, ἦκει γὰρ αὕτη· iam enim adest morbi vis. Aut auferet quod eximat metum, faciatque, ut manere

ὡς ἐξεπλήσθη.

velit Neoptolemus: cuiusmodi hoc esset: raro venit morbi impetus, et diu non rediturus, ubi defertur. Poterit vero etiam utrumque coniungere, hoc modo: invadit me quidem dolor, sed brevi transierit, ut longis intervallis redire solitus. Nihil horum illis interpretationibus continetur, sed quod illae praebent, descriptio morbi est nihil neque ad confirmandum metum, neque ad removendum afferens. Id aperte ostendit Solgeri versio, quae verbis certe melius, quam illae, convenit: denn selten kommt sie, wenn sie lang vielleicht genug herumgeschweift ist. Laudandus vero novissimus editor Matthaei, qui viderit talem morbi descriptionem per se ineptam esse. Nam vagum recte dixeris morbum, qui per intervalla redit, ubi aliquamdiu cessavit: sed eius absentiam qui vagationem dicat, quasi aliis in locis alios ille interea homines vexet, perabsurde loquatur, idque magis etiam, quod hi e viperæ veneno dolores unius Philoctetae proprii sunt. Cumulum vero addit illud coniectandi vocabulum ἴσως, ut in summis cruciatibus ludere credas Philoctetam, qui hanc ridiculam coniecturam proferat, morbum, ubi satis saevierit, fortasse alibi circumvagari. Absit, ut talia Sophocli imputemus. Illud facile apparet, sensum, si ἴσως desit, bonum esse: venit morbus longis intervallis vagus, ubi desaevit. Monetur enim ita Neoptolemus, ne sibi molestiam in itinere metuat; nam ubi semel cessaverit dolor, diu non rediturum. Ἰσως vero, si est fortasse, plane alienum est ab hac sententia. Nam decem annorum spatio didicisse debebat Philoctetes quae essent doloris istius vicissitudines. Quod si incertis intervallis redire eum sciebat, ita demum recte diceret ἴσως, si non ἦξει, sed ἦξει dixisset. Quae quum ita sint, coniciat quis forsitan scri-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ·

760

750 δύστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανεῖς.
βούλει λάβωμαι δῆτα καὶ θίγω τί σου;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μὴ δῆτα τοῦτό γ' ἀλλά μοι τὰ τόξ' ἔλων
τάδ', ὥσπερ ἦτον μ' ἀρτίως, ἕως ἀνῆ

bendum esse πλάνοις ἴσοις, aequalibus intervallis. At ne hoc quidem aptum esse puto, et quidem propter ipsum verbum πλάνοις, quo certae vices excludi, et potius fortuiti accessus significari videntur. Has ob causas servandam quidem duxi librorum scripturam, sed ita ut post πλάνοις interpungerem, ἴσως autem non pro fortasse, sed pro aequae accipiam, quae quamvis rara significatio, tamen ipsi Sophocli usurpata est in Aiace v. 1009. Ita sensus est: redit enim morbus longis intervallis vagus, aequae ut desaevit. Est autem illud ἴσως ὡς ἐξεπλήσθη ad πλάνοις referendum, ut quemadmodum vagi et fortuiti impetus sint doloris, ita inopinatae et repentinae etiam cessationes esse intelligantur. Eadem plane sententia v. 796. ἀλλ', ὃ τένον, καὶ θάρσος ἴσχ'· ὡς ἦδε μοι ὄξεια φοιτᾷ, καὶ ταχεῖ ἀπέροχεται.

V. 749. Brunckius, Erfurdcius, Buttmanus cum Triclinianis, ὡς ἐξεπλήσθη. φεῦ. N. ἰὼ δύστηνε σύ. Ineptum illud φεῦ non habent veteres libri, sed Neoptolemo tribuunt geminatum ἰὼ, rectissime. Φεῦ, ut saepe, ex interpretatione ortum. In hiatus nihil vitii, praesertim persona mutata.

V. 750. Ante hunc versum edd. vett. ἰὼ habent, cod. Harl. et Brunckii membranacae ἰὼ ἰὼ. In Triclinianis recte omissas esse has interiectiones, bene ostendit Buttmanus.

τὸ πῆμα τοῦτο τῆς νόσου τὸ νῦν παρόν, 765
 755 σῶς' αὐτὰ καὶ φύλασσε. λαμβάνει γὰρ οὖν
 ὕπνος μ', ὅταν περ τὸ κακὸν ἐξήκη τόδε
 οὐκ ἔστι λῆξαι πρότερον· ἀλλ' ἔαν χρεῶν
 ἔκηλον εὔδειν. ἦν δὲ τῶδε τῶ χρόνῳ
 μὲν ἔκεινοι, πρὸς θεῶν, ἐφίεμαι 770
 760 ἐκόντα, μήτ' ἄκοντα, μηδέ τῳ τέχνῃ

V. 756. Cod. Harl. cum edd. vett. ἐξήη. Tricliniani ἐξίη. Brunckius e cod. B. ἐξήκη, quem hic misso Triclinio sequutus est Buttmannus. Eadem scripturam adscivit Elmsleius ad Med. 804. Videndum vero, an illud ἐξήη non sit pro aperto vitio habendum, nec prorsus erraverint grammatici, quum perfectum posuerunt ἦα. Certe, qui de verborum declinationibus disputant, huiusmodi exempla diligenter adnotare debent: quorum neglectio fecit, ut multa, quae raro usurpata sunt, inusitata et inaudita putarentur. Scholiastam conicias aliud quid legisse, qui sic scribat: φύλασσε φησὶν αὐτὰ, τὰ τόξα. ἅμα γὰρ τῶ πάθει τούτῳ ὕπνος μοι ἐπέρχεται, καὶ οὕτω παύομαι τῆς νόσου. Nisi scripsit ἅμα τῶ πάθει τούτῳ πανομένῳ.

V. 757. Cod. Harl. οὐκ. Et sic scholiastes: οὐκ ἔστι λῆξαι. οὐκ ἔστι τῆς ὀδύνης παύσασθαι πρότερον, πρὶν κοιμηθῆναι.

V. 758. Tricliniani ἐκῆλον. Ea vox in sola Iphig. Aul. 644. invenitur, loco non vacuo dubitatione. Tum cod. Ven. ἦν δὲ τῶ χρόνῳ τάχα, quae scriptura in margine Turnebianae adnotata est. Id quomodo Buttmanno non spernendum videatur, ego non assequor, qui ne intelligi quidem posse putem. Est illud correctoris inventum, cuius in codice τῶδε omissum erat.

V. 760. Ἐκόντα μήτ' ἄκοντα pro μήτε ἐκόντα μήτ' ἄκοντα dictum cum similibus compararunt

κείνοις μεθεῖναι ταῦτα, μὴ σαυτόν θ' ἄμα,
καίμ', ὄντα σαυτοῦ πρόστροπον, κτείνας γένη.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θάρσει προνοίας γ' οὔνεκ'. οὐ δοθήσεται

Eustathius p. 1694, 7. (Od. 448, 15.) Elmsleius ad Oed. R. 817. Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 777. Dicitur autem in partitione μήτε et οὔτε, sine partitione μηδὲ et οὐδέ. Itaque apud Pindarum Pyth. X. 46. ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς λών, non, ut Schaeferus existimabat, non opus est Marklandi coniectura οὐδέ, sed est ea mala. Aristophanes vero in Av. 694. et, uti legitur ibi, scribere potuit, γῆ δ', οὐδ' ἀήρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν, et γῆ δ' οὔτ' ἀήρ οὔτ' οὐρανὸς ἦν.

V. 763. Ante Gedikium interpungebatur, θάρσει. προνοίας οὔνεκ' οὐ δοθήσεται. A Brunckio γ' e cod. B. insertum. Buttmannus, „post talem limitationem,“ inquit, „quod ad meam quidem providentiam spectat, confide, minus bene sequitur non limitatum istud οὐ δοθήσεται.“ Itaque commate post θάρσει posito, reliqua in unum coniunxit. At illa ratio ferri nullo pacto potest. Nam non modo iners et languida esset Neoptolemi oratio, si se providentiae gratia nemini arcum esse daturum diceret, sed adeo etiam a mente Philoctetae aliena, ut is irasci hoc dicenti debeat. Nam etiam si nihil esset periculi, in quo providum esse oporteret, nemini tradi hic arcus debebat, cuius tangendi ex omnibus hominibus soli Neoptolemo copia esset facta. Non videtur Buttmannus sententiam huius loci perspexisse. Ea haec est: quod ad providentiam quidem meam attinet, bono animo es: nemo hunc arcum praeter te et me habebit. Sunt haec consueta tragicis ambiguitate dicta, quum Philoctetes haec dici putet tamquam ab amico, qui ei arcum religiosissime custodire

πλὴν σοὶ τε κάμοι· ξὺν τύχῃ δὲ πρόσφερε. 775

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

765 ἰδοὺ δέχου, παῖ· τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον,
μή σοι γενέσθαι πολύπον' αὐτά, μηδ' ὅπως
ἔμοι τε, καὶ τῷ πρόσθ' ἔμοῦ κекτημένῳ.

velit; spectatores autem gaudere Neoptolemum videant, quod potiatur arcu, nec se temere arma, quibus sit Troiam capturus alii permissurum dicere.

V. 765. Vide Valckenarium ad Herodot. III. 40. p. 216, 59.

V. 767. Herculi fatalis fuit arcus ille, quod quum Nessum venenata sagitta traiecisset, huius cruore tincta vestis, quam ei Deianira misit, ipsum perdidit. Quod Herculis exitium quoniam hic certissime respiciatur, quaerit Buttmannus, quomodo *ἔμοι τε* interpretandum sit. Cui etsi bene conveniat, quod ab Servio ad Aen. III. 402. proditum est, quum sagittis se exerceret Philoctetes, unius casu pedem ei vulneratum esse, tamen id ab Sophocle non posse commemorari, qui v. 267. et 1327. Br. disertissime a vipera eum morsum esse dicat. Itaque aerumnosam vitam, quam ope illius arcus gerat, intelligendam videri: (ope vero? cuius ope ille leniebat potius aerumnas:) quumquam ne sic quidem removeri interpolationis suspicionem, huic quoque loco ab Iacobo in Quaestt. Sophocleis Vol. I. p. 311. seq. motam. Bene ad haec respondit Wunderus p. 13. seq. Philoctetam, quod qui adhuc eum arcum gestaverint, aerumnosam egerint vitam, hoc quasi proprium huius arcus putare, ideoque optare, ne simile quid Neoptolemo accidat. Minime vero de venenatis sagittis et Herculis inde repetendo interitu cogitasse poetam puto: immo si quis ad istum modum haec interpolasset, ut etiam Philoctetae ulcus ex sagitta in pedem illapsa exortum indicaret, aut fecisset ille quod sibi ipsum repu-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ θεοί, γένοιτο ταῦτα νῶν· γένοιτο δὲ
πλοῦς οὐρίος τε κεύσταλῆς, ὅποι ποτὲ

780

770 θεὸς δικαιοῖ, γὰρ στόλος πορσύνεται.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλὰ δέος, ὦ παῖ, μὴ ἀτελῆς εὐχῆ *

πρ.

gnaret, aut aliis nunc Philoctetam, atque olim, utentem sagittis fingere debuit: nam venenatis illis profecto non potuisset aves ad victum petere. Quid subigit autem, ut arcum istum Herculi propterea aerumnosum fuisse censeamus, quod ei inde per magnas ambages mors parta est, quum multo ei gravius ipsaque morte atrocius malum caedes liberorum attulerit, quos mentis insania correptus sagittis confixit? Caeterum quum verba, prouti ante μηδὲ aut non interpungas, aut interpungas, duobus modis intelligi possint: ut tibi ne quemadmodum mihi quidem et Herculi labores creet; aut, ne tibi labores creet, neve talis existat, qualis et mihi et Herculi fuit: nemo erit, qui non hoc posterius amplectatur. Et sic libri, quorum in veteribus etiam plene post αὐτὰ interpunctum.

V. 768. Facit Neoptolemus, quod monnerat Philoctetes: veneratur deos, ut dent gestare sine damno hunc arcum. In reliquis eadem, de qua saepius dictum est, ambiguitas, aliud dicente Neoptolemo, quam dici Philoctetes putat.

V. 771. Libri veteres hunc versum ita scriptum exhibent: ἀλλὰ δέδοικ' ὦ παῖ, μὴ μ' ἀτελῆς εὐχῆ, nisi quod cod. B. ἀλλ' οὐ. Tricliniani, ἀλλ' οὐν δέδοικα μὴ μ' ἀτελῆς εὐχῆ, τέκνον. In cod. Tricliniano Brunckius ad μ' supra scriptum esse σ' adnotavit. Is ex Toup̄ii sententia ad Suid, vol. III. p. 146. (P. II. p. 261. ed. Lips.) dedit, ἀλλ' οὐν δέδοικα μὴ ἀτελῆς εὐχῆ, τέκνον. Triclinianam scripturam integram servavit Buttmannus, con-

στάζει γὰρ αὖ μοι φοίνιον τόδ' ἐκ βυθοῦ
κηκίων αἷμα, καὶ τι προσδοκῶ νέον.

troversam adhuc esse ratus et elisionem diphthongi in μοι, et admissionem anapaesti. Anapaestum quidem a medio trimetro plane exclusum esse, hodie nemini, qui vel aliquam habeat tragicorum notitiam, controversum est. Elisio diphthongi autem pronominis μοι saltem nondum demonstrata est idoneis exemplis: de ea videndus Elmsleius ad Med. 56. Triclinii scripturam quis dubitet, quin non sit in codice aliquo reperta, sed excogitata ab ipso Triclinio, ut metrum restitueret. Nam veteres libri quod habent, non caret quidem metro; praebet enim versum e dochmio et iambico ischiorrhogico compositum: sed tali metro hic non esse locum, necessarioque trimetrum iambicum requiri, recte monuit Wunderus p. 94. Sed quod hic coniecit, ἀλλ' οὖν δέδοικα, μὴ ἀτελής εὐχὴ τύχη, in eo neque omissio verborum ὦ παῖ placet, et τύχη verbum est huic loco non conveniens. Mihi satis certum videtur, δέδοικα ex interpretatione in textum venisse, expulso genuino verbo δέος; in fine versus autem excidisse πέλη. Horum alterum reposui, alterius defectum asterisco notavi. Ad numerum elegantius foret ἀλλ' ὄκνος, ὦ παῖ, sed minus aptum ad sententiam. Quare eum praetuli numerum, quem recentior tragoedia non plane adspersa est. Vide quae Elmsleius attulit ad Supplices Marklandi v. 158.

V. 772. Buttmanno videtur φοίνιος numquam ad colorem spectare, sed quum φόνος etiam cruorem notet, significare cruentum, dirum. At cruenta tamen vel maxime se colore produnt. Ut quum apud Aeschylum Choeph. 22. φοίνιος διωγμὸς ὄνυχος in genis conspicuus esse dicitur.

V. 773. Verba κηκίων αἷμα affert Eustathius p. 806, 55. (727, 10.)

- παπαῖ, φεῦ. 785 ἄ.
 775 παπαῖ μάλ', ὦ πούς, οἶά μ' ἐργάσει κακά.
 προσέρπει, ἄ.
 προσέρχεται τὸδ' ἐγγύς. οἷ μοι μοι τάλας,
 ἔχετε τὸ πρᾶγμα· μὴ φύγητε μηδαμῆ.
 ἄταταῖ. 790 β'.
 780 ὦ ξένη Κεφαλλήν, εἶθε σοῦ διαμπερὲς

V. 777. Τόδε non ita dicit, ut sensus sit, hoc malum prope accedit, sed, malum iam prope accedit. Praesentiam enim indicat pronomen demonstrativum, ut τὸδ' ἐξύπερθε v. 29.

V. 778. Libri veteres cum interrogatione, ἔχετε τὸ πρᾶγμα; Recte sine interrogatione recentiores cum Triclinianis. Habetis rem, sive, ut Gedikius, rem omnem tenetis. Vitus Wine semius et Georgius Ratallerus legisse videntur ἔχεται, quum alter verterit, haeret morbus; alter, tenax adhaeret.

V. 779. Membranae Brunckii et edd. vett. ἄταταῖ. Vnde Erfurdcius, quod iam Brunckio placuerat, ἄτατταῖ. Tricliniani cum iisque Buttmannus inaudita forma ἄτατταῖ. Vsitata sunt ἄταταῖ et λατταταῖ. Sed dicitur etiam ἄταταῖ, ut supra v. 733. et apud Aristoph. Thesm. 223. Neque ἄτατταταῖ usitatae in his geminationi repugnat. Brunckius ex cod. B. ἄταταῖ recepit, quod probandum duxi. Est hic lugubris ille numerus ex arsi nuda et iambo constans, qui proprius est dochmiaci metri et iambici ischiorrhogici. Eique recte respondet ᾗ μοί μοι v. 785.

V. 780. Apud Eustathium p. 1396, 7. (Od. 26, 50.) scriptum, ὦ ξένη Κεφαλλήν. Tum edd. vett. εἶθε πού. Triclinianae, εἶθε σοῦ. Malui hic σοῦ scribere, licet etiam enclitico pronomini locus sit.

στέρων ἔχοιτ' ἄλγησις ἦδε. φρεῦ, παπαῖ.
 παπαῖ μάλ' αὐθις. ὦ διπλοῖ στρατηλάται,
 Ἀγάμεμνον, ὦ, Μενέλαε, πῶς ἂν ἀντ' ἐμοῦ
 τὸν ἴσον χρόνον τρέφοιτε τήνδε τὴν νόσον; 795

785

ὦ μοι μοι.
 ὦ θάνατε, θάνατε, πῶς αἰεὶ καλούμενος
 οὕτω κατ' ἡμᾶρ, οὐ δύνα μολεῖν ποτέ;

V. 781. Wakefieldius, verbum ἔχοιτο non ferendum ratus, ἴκοιτ' edidit, iniuria reprehensus ab Erfurdio, quod non viderit genitivum στέρων cum ea scriptura conciliari non posse. In hoc enim ipse Erfurdius fallitur, qui aoristum potius reprehendere debebat. Nam si ad istum modum facienda esset correctio, ἴκνοῖτο scribi debebat. Sed nihil mutandum. ἔχοιτο cum στέρων iungendum, inhaereret pectori; διαμπερὲς sine constructione casus verbo adiectum.

V. 783. Numeros huius et sequentis versus non oportuit tentari, quum sint in recentiore tragodia, quae sibi maiorem in anapaesto licentiam indulgebant. Vide Epit. doctr. metr. §. 149. Iniuria enim quosdam locos in vitii suspicionem adducere videtur Elmsleius in censura Hecubae Porsonianae p. 69. seq. sive ed. Lips. p. 250. seq. Adde praefat. nostram ad Bacchas p. 43. Hoc quidem in loco illud potius offensionem habet, quod quum nude dictum sit Ἀγάμεμνον, deinde infertur ὦ Μενέλαε, quasi gravius quid Menelaus quam Agamemnon commenerit. Neque enim hic, ubi omnia ad solam quae Philoctetae facta erat iniuriam referuntur, de eo cogitari potest, quod Menelaus totius belli maximus auctor fuit. Itaque ὦ distinctione apposita a Menelai nomine separandum duxi, qua vocula proprie nihil nisi repetitio illius ὦ διπλοῖ στρατηλάται continetur.

V. 787. Libri δύνῃ, quam indicativi formam damnant Atticistae. Apud Euripidem Hec. 253.

ὦ τέκνον, ὦ γενναῖον, ἀλλὰ συλλαβῶν
 τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ 800
 790 ἔμπρησον, ὦ γενναῖε· κάγώ τοι ποτὲ
 τὸν τοῦ Διὸς παῖδ' ἀντὶ τῶνδε τῶν ὄπλων,
 ἃ νῦν σὺ σώζεις, τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν.
 τί φῆς, παῖ;
 τί φῆς; τί σιγᾶς; ποῦ πότ' ὦν, τέκνον, κυρεῖς; 805

Androm. 238. coniunctivum intelligi iam Lobeckius volebat. Porsono iudice ad. Hec. 257. magis Attica forma δύναι. Ei ἐπίστα comparat Schaeferus. Elmsleio ad Oed. R. 692. δύναι scribendum videtur. Buttmannus Ionicum δύνη poetis concessum fuisse existimat. Id mihi parum veri simile videtur. Itaque et propter illud ἐπίστα, et quia v. 838. licet in carmine chorico, aperte altera forma posita est, δύναι scripsi.

V. 789. Librorum omnium scripturam ἀνακαλουμένῳ, quam scholiastes ἀνακαλοῦντι interpretatur, Brunckius Toupio auctore ad Suid. vol. III. p. 130. (P. II. 248. ed. Lips.) in ἀνακνυλουμένῳ mutavit. Scholiastae explicatio non est nihili, ut Buttmanno videtur. Construxerat enim ille hoc modo, συλλαβῶν μοι ἀνακαλουμένῳ, ἔμπρησον με τῷ Λημνίῳ τῷδε πυρὶ. Sed recte vidit Erfurdcius, ἀνακαλουμένῳ πυρὶ ita dictum esse, ut 786. θάνατος αἰὲ καλούμενος dicitur. Nam ἀνακαλεῖσθαι est iterum iterumque vocari. Itaque hoc dicit Philoctetes: comprehensum combure hoc multum invocato Lemnio igni. Montem Mosychlum, qui Galeni aevo iam diu exstinctus erat, circa Alexandri tempora flammam eiicere desiisse, non improbabilibus argumentis demonstrare studuit Buttmannus in Museo stud. antiq. Germanico vol. I. P. II.

V. 794. Bene scholiastes: τί σιγᾶς; λαβῶν γὰρ τὰ τόξα ὁ Πυρρός, ἐσιώπησεν, ἀπορῶν τί ἄρα ποιήσειεν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

795 ἀλγῶ πάλαι δὴ τὰπὶ σοὶ στένων κακὰ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ', ὦ τέκνον, καὶ θάρσος ἔσχ'· ὡς ἦδε μοι

ὄξεια φοιτᾷ, καὶ ταχεὶ ἀπέργεται.

ἀλλ' ἀντιάζω, μὴ με καταλίπῃς μόνον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Θάρσει, μενοῦμεν.

810

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἦ μενεῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σαφῶς φρόνει.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

800 οὐ μὴν σ' ἔνορκόν γ' ἀξιῶ θέσθαι, τέκνον.

V. 796. Verba, ἀλλὰ καὶ θάρσος ἔσχε, duplicem interpretationem admittunt: immo bono animo es: quae non est apta, quia non potest improbare Philoctetes Neoptolemum, quod alienis malis tangatur; deinde, at (praeter dolorem) etiam fiduciam habet. Ea vero languida sententia est. Itaque videndum, an scripserit poeta, ἀλλ' ὦ τέκνον τι θάρσος ἔσχε. Non prorsus dissimile est illud in Electra v. 412. ἔχεις τι θάρσος τοῦδε τοῦ τάρβους πέρι.

V. 797. Buttmannus a Wakefieldio se decipi passus est, ut ὄξεια epitheton summi doloris esse putaret. Immo manifestum est, ὄξεια, ut saepe, nihil aliud esse, quam ταχεῖα. Eadem sententia supra v. 748. ubi vide quae diximus.

V. 800. Non profecto te adeo iure iurando obstringam. Operae pretium est propter simillimos et tamen aliquid potestate discrepantes particulas geminam huic sententiam comparasse in Oed. Col. 650. οὔτοι σ' ὑφ' ὄρκον γ' ὡς κακὸν πιστώσομαι. Oedipi illud est, quod nos

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὡς οὐ θέμις γ' ἐμοῦσσι σοῦ μολεῖν ἄτερό.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔμβαλλε χεῖρός πλίστιν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἔμβάλλω μενεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἐκεῖσε νῦν μ', ἐκεῖσε

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποῖ λέγεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἄνω

dicimus, ich werde ia nicht einen eid verlangen: Philoctetae autem, ich werde dich freilich nicht durch einen eid binden.

V. 801. Libri ἐμοί 'στι. Scripsi ἐμοῦστι, quae est usitata huius craseos forma. Non minus recte scriberetur ὡς οὐ θέμις γέ μοῦστι, vel ὡς οὐ θέμις γέ μ' ἐστι. Notanda etiam hic ambiguitas. Neoptolemus enim oraculum in mente habet, sed Philoctetes eum de officio viri boni loqui putat.

V. 802. Cod. Ven. μένειν.

V. 803. Scholiastes: ἐκεῖσε νῦν μ', ἐκεῖσε. διὰ τοῦτο νῦν (Brunckius διὰ τούτων) ἔοικεν ὁ Φιλοκτῆτης παραφρονεῖν ὑπὸ τῆς νόσου. Tacuerunt interpretes, credo quod delirare Philoctetam putarent. Sed tamen qui novissime hanc fabulam edidit, Matthaei, optare eum coniicit, ut in ardentem Mosychlum abripiatur. Hoc si poeta voluisset, iis usus esset verbis, ex quibus id certius colligi posset. Mihi sic videtur: quum paullo ante dixisset Philoctetes, e tali doloris impetu se in somnum incidere, nunc in speluncam suam vult adscendere, ut ibi requiescat: est ea autem, ut v. 29. indicatum, in loco edito. Id igitur dum dicit his verbis, ἐκεῖσε

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί παραφρονεῖς αὐ; τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον; 815

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

805 μέθες, μέθες με.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ποῖ μεθῶ;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

μέθες ποτέ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐ φημ' ἑάσειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἄπο μ' ὀλεῖς, ἦν προσθίγης.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

καὶ δὴ μεθίημι, εἴ τι δὴ πλέον φρονεῖς.

vñ me ἄνω μέθες, interpellante dolore abruptius ea profert et per intervalla, caput prae cruciati resupinans, caelumque intuens. Vnde illae v. 804. interrogationes Neoptolemi. A quo tandem sibi ipsi permissus, ibi ubi erat, in rupe reclinatus, v. 809. negat se erigi iam, quoque volebat ire posse: atque eo tum loco sopor eum corripit.

V. 806. Ne quis miretur, quod ἦν προσθίγης dicat, quasi eum nondum attigerit Neoptolemus, qui eum tamen, ex quo dextra fidem dabat, manu prehensum tenebat, observandum est, dum eripere illi manum suam conatur Philoctetes, Neoptolemmum etiam alteram manum, qua arcum tenet, protendere, ut eum retineat: unde veretur ille, ne pedem suum tangat.

V. 807. Libri veteres, καὶ δὴ μεθίημι τί δὲ δὴ πλέον φρονεῖς. Sed cod. Harl. δὴ omittit. Tricliniani, quos more suo Buttmanus sequitur, καὶ δὴ μεθίημι σε τί δὴ πλέον φρονεῖς. Neutra scriptura numeros praebet eos, quos Sophoclem probasse credibile sit. Erfurdus: καὶ δὴ μεθίημι. ἢ τί δὴ

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ γαῖα, δέξαι θανάσιμόν μ' ὅπως ἔχω.
τὸ γὰρ κακὸν τόδ' οὐκ ἔτ' ὀρθοῦσθαι μ' ἔῤ. 820

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

810 τὸν ἄνδρ' ἔοικεν ὕπνος οὐ μακροῦ χρόνου
ἔξειν. κἀρα γὰρ ὑπτιάζεται τόδε.
ἰδρῶς γέ τοι νιν πᾶν καταστάζει δέμας,

πλέον φρονεῖς; hoc opinor dici ratus: aut quid amplius vis? Adscripsit certe Aesch. Prom. 118. Scholiastes: τί δὴ πλέον φρονεῖς, ἀντὶ τοῦ ὀφελιμώτερον ἔμοῦ. Haec etsi falsa est interpretatio, tamen nescio an prodatlegisse scholiastam εἴ τι δὴ πλέον φρονεῖς. Idque reposui. Hoc dicit: en mitto te, si iam rectius sapis: i. e. non, ut paullo ante, deliras.

V. 808. Permirum est, hoc sic explicari a Buttmanno: „ὅπως ἔχω, qualis sum: aliis verbis: o terra excipe me, qui sum moribundus.“ Notissima formula ista est, significans, sic, ut nunc sum i. e. statim, illico. de qua Bastius in epistola crit. p. 118. citavit Dukerum ad Thucyd. III. 30. et Locellam ad Xenoph. Ephes. p. 194. et 287. Sic nos quoque, wie ich da bin. Et Latini ut sum, vel sicut sum. Vide Burmann. ad Ovid. Met. X. 7. si exemplis opus habent, quae etiam sine exemplis plana sunt.

V. 812. Miratur Buttmannus particulas γὰρ et γέ τοι hic consociatas, quum potestate non multum differant: cuius iuncturae dum caussa aliqua indicetur, scriptum fuisse suspicatur τὲ τοι. De τὲ reponendo facile accederem, modo ne τοί, sed δὴ sequeretur. Sed videtur tamen etiam γέ τοι defendi posse, restituta quidem plena distinctione in fine praecedentis versus, ubi Erfurdlius et Buttmannus cum Brunckio commate interpunxerunt, quod patet male factum esse. Sic enim statuendum

815 μέλαινά τ' ἄκρου τις παρέρξωγεν ποδὸς
αἰμοῦδαγῆς φλέψ. ἀλλ' ἑάσωμεν, φίλοι, 825
ἔκμηλον αὐτόν, ὡς ἂν εἰς ὕπνον πέσῃ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ Α΄.

στροφῆ.

"Ἦπν' ὀδύνας ἀδαῆς, "Ἦπνε δ' ἀλγέων,
εὐαῆς ἡμῖν ἔλθοις,

puto: quum somno correptum iri Philoctetam dixisset Neoptolemus, rationem affert hanc: κἀρα γὰρ ὑπτιάζεται τόδε. Tum ubi obdormiscentem paullum contemplatus est, nutu gestuque confirmans, quod dixerat, somno eum sopiri, iterum aliam affert rationem, eamque talem, quae simul morbi impetum remittere indicet: ἰδρῶς γέ τοί νιν πᾶν καταστάζει δέμας, et quae sequuntur.

V. 816. Affert hunc versum Eustathius p. 981, 16. (971, 10.) idemque p. 974, 25. (961, 37.) Homeri ἀπήμονα ὕπνον tractans, ἐντεῦθεν δέ, inquit, λαβὼν Σοφοκλῆς, ὀδύνης καὶ ἀλγέων ἀδαῆ τὸν ὕπνον προσφωνεῖ. Observandum vero, quod, quum syllabis antistrophicis melius conventurum esset ἀλγεος, tamen nusquam ea scriptura invenitur. Chorum haec non universum canere, non est dubium: paucos enim et submissiore voce canere, res ipsa postulat. Nec, si totus chorus caneret, intermedia esset aliqua Neoptolemi oratio. Quare hemichoria chorumque distinxi.

V. 817. Eustathius p. 1500, 33. (Od. 174, 8.) alia huiusmodi composita commemorans, ἀλιαῆς, δυσαῆς, ζαῆς, addit, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ εὐαῆς ὕπνος. Scholiastes interpretatur εὐπνοῦς. Hesychius: Εὐαδῆς, εὐήμερος. οἱ δὲ εὐαῆς. Hanc adnotationem Schneiderus in Lex. Gr. v. εὐαδῆς ad hunc Sophoclis locum spectare, scripturaeque illius explicationem esse εὐμενῆς putat, quod in scholiis ad εὐαίων adscriptum est. Buttmannus autem, quod apud Hesychium alia glossa, εὐαδές, εὐπνοῦν,

εὐαίων, εὐαίων, ὦναξ.
 ὄμμασι δ' ἀντίστοις τάνδ' αἴγλαν, 830

praecedat, patere putat, non ad solum Sophoclis locum spectare istam scripturam, sed fuisse qui εὐαδῆς ab ἄω derivarent, quod non carere analogia: sic enim a σπᾶω esse νευροσπαδῆς. At σπᾶω futurum et caetera tempora habet tamquam a σπᾶζω ducta: unde recte factum νευροσπαδῆς. Ab ἄω vero quis ullum eiusmodi tempus formatum vidit, ut inde εὐαδῆς fingi potuerit? Dubitabam aliquando, an εὐαῆς casu vocativo et media correpta admitti posset, quod a Wundero, qui p. 97. seqq. fuse hoc carmen tractavit, arreptum est, ita ut scriberet, "Ἐπὶ ὀδύνας ἀδαῆς, Ἐπε δ' ἀλγέων εὐαῆς ἡμῖν ἔλθοις. Ac sane hac sola constructione vocativus ferri posset. Verum huic rationi multa obstant: forma vocativi vix usitata; oratio putida, qua somnus dicitur ὀδύνας ἀδαῆς, ἀλγέων δὲ εὐαῆς; auctoritas Eustathii, qui, quod nemo non faciat, etiam ad ἀλγέων retulit ἀδαῆς; denique tota loci ratio, quae somnum epithetis quibusdam ornari, ac tum demum, cur invocetur, dici postulat. Omninoque etiam correptio mediae syllabae, licet vocalis sequatur, in hac voce non videtur admissa esse; recteque observatum est a viris doctis, ἀγορεύς apud Hesiodum O. et D. 592. esse trisyllabum.

V. 818. Libri veteres εὐαίων ὦναξ, semel posita priore voce. Brunckius cum Triclinianis, εὐαίων, εὐαίων ἄναξ. Scholiastes: εὐαίων ὦναξ. εὐμενῆς. καλῶς ἄγων ἡμῖν τὸν αἰῶνα. Non optat chorus ut sibi faustus ad Philoctetam accedat Somnus, sed ut ipsi sit Philoctetae lenis et placidus.

V. 819. Libri veteres, ὄμμασι δ' ἀντίστοις τάνδ' αἴγλαν. Tricliniani, scholiastes, Brunckius ὄμμασι δ'. Hic autem ἀντίστοις metri causa posuit. Explicatio torsit Scholiastam, cuius haec verba sunt:

820

ἀ τέταται τανῦν.

ἴθι, ἴθι μοι παιῶν.

ὄμμασι δ' ἀντέχοις. ἐναντιωθεῖς τοῖς ὄμμασι τοῦ Φιλοκτήτου, καὶ μὴ ἐάσης αὐτὸν βλέπειν νῦν ἢ κάτεχε τὸ ὄρατικόν, ὅπερ νῦν ἠπλωται καὶ διαχεῖται τῇ τοῦ ὕπνου ἀγλῆ. τοιαύτην δὲ αἴγλην, ἣτις νῦν πέταται, ἀντέχοις τοῖς ὄμμασι. λέγει δὲ τὸν ὕπνον τὸν γενόμενον αὐτῷ παραχρημα, ὅς ἐστιν αὐτῷ αἴγλη καὶ φῶς. Buttmanus, ἀντέχοις sustinendi significatu cum accusativo constructum censens, ut in Philippi epigr. 27. εἰν ἄλλ τούς γαίης ἀντέχομεν καμάτους, ita haec explicat prosa oratione: ἐν ὄμμασι δ' ἀντέχοις τῇ αἴγλη. „Neque enim,“ inquit, „Somnus deus extra hominem cogitandus est, qui propellat splendorem; sed numen divinum tribuitur ipsi in oculis somno, qui, ut fieri solet, physica omnia sua attributa servat.“ Haec explicatio, ut quidem a Buttmano proposita est, per mihi mira, ac valde invenusta videtur, deum Somnum in oculis Philoctetae sustinere lucem fingens. Multo illa dignior poeta foret, si suis Somnum oculis lucem sustinere dici voluisset Buttmanus. Quin ne licet quidem ὄμμασι de Philoctetae oculis intelligere, si ἀντέχειν hic est sustinere. At id ipsum vellem alia auctoritate, quam isto Philippi Thessalonicensis versu comprobasset, qui valde vereor ne ἀνέχομεν, producta prima syllaba, scripserit. Mihi quidem et Seidlero ad Eurip. Troad. 566. sensus esse videbatur: oculis praetendas eam, quae nunc expansa est, lucem: quae quoniam nulla est, sed caligo potius, haec est intelligenda. Improbatur hanc interpretationem Buttmanus, quod hic non, ut alibi, μέλαινα αἴγλα, aut simile quid dictum sit; quare ἀ τέταται τανῦν non posse nisi ad praesentem lucem diei spectare. At non cogitavit, his ipsis verbis, ἀ τέταται τανῦν, contineri id quod requirit: nam quae nunc adest Philoctetae oculis lux, nulla est: recteque monuit

ὦ τέκνον, ὄρα ποῦ στάσει,

Wunderus, *πανῶν* otiosum esse et inutile additamentum, si de diei luce hic sit cogitandum. Audio quidem etiam hodie nutrices in Graecia pueris somnum advocantes, in cantilenis, quae *ναναρίσματα* vocantur, arceri ab oculis lucem precari: neque intercederem, si per verba poetae liceret, quominus hic quoque tale quid diceret chorus. Sed id quum non videatur fieri posse, tenendam puto eam quam proposui explicationem: cuius etiam in scholiis mentio est facta. Nec videtur esse quod in ea reprehendas. Nam dormienti qui optat, ut, quae ante oculos eius expansa sit lux, maneat praetenta, eum patet hoc optare, ut ei ne plus lucis, quam per somnum videant oculi, praebeatur. Nec si quis Germanice haec iisdem plane verbis exprimat, obscura erit sententia: halte vor den augen den schein, der ietzt über sie gebreitet ist. Sic enim fere haec exprimenda sunt, quia *ἀντέχοις* proprie non est praetendas, sed praetentam teneas. Genitivo iunxit hoc verbum in Oed. Col. 1650. *ἀνακτα δ' αὐτὸν ὀμμάτων ἐπίσκιον χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός.* Caeterum *ἀντίχοις* ex Brunckii coniectura recepi, etsi, ut in dochmiaco, etiam vulgata ferri potest. Sed praestat, tantilla mutatione exaequari syllabas. Ita mox v. 829. pro *ἔχομεν* cod. Harl. *ἴσχομεν*, et v. 842. cod. Flor. *ἔχοις* pro *ἴσχοις*. Seidlerum vero qui in libro de verss. dochm. p. 33. versus 817—821. exceptis verbis *τάνδ' αἴγλαν*, in dochmiacos redigendos esse suspicabatur, non recte iudicasse ostendunt quos fecit non magnae quidem, sed parum probabiles mutationes.

V. 822. Tricliniani libri, quos sequuntur Brunckius et Buttmannus, *ὄρα γε*. Particula ista, quae ineptissime est a Triclinio inserta, non est in antiquis libris.

825

ποῖ δὲ βᾶσει, πῶς δὲ μοι τάντεῦθεν
φροντίδος. ὄρας ἤδη.
πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν;

835

V. 823. Libri veteres: πῶς δὲ μοι τάντεῦθεν φροντίδος ὄρας. ἤδη πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν. Neque aliter Tricliniani, nisi quod ed. Turn. τάντεῦθε. Scholiastes: τάντεῦθεν φροντίδος. τὰ μετὰ ταῦτα πῶς ὄρας φροντίδος, ἀντὶ τοῦ ἐννοεῖς. Brunckius plene interpunxit post φροντίδος, et iunxit, ὄρας ἤδη, πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν. Erfurdinus: πῶς δὲ σοι τάντεῦθε φροντίδος. οὗρος ἤδη, πρὸς τί μένομεν πράσσειν. Buttmanno πῶς δ' ἐμοὶ τάντεῦθεν φροντίδος, ut Brunckius more suo dedit, scribendum videtur, hoc sensu: et quomodo mihi quae restant curanda sint. Idem probat Erfurdii coniecturam οὗρος, comparans v. 844. sed ἤδη iungi vult sequentibus. Wunderus, qui recte vidit τάντεῦθεν non posse, ut Gedikius opinabatur, de sagittarum asportatione intelligi, tamen miro modo erravit, quum eo vocabulo abitum discessumque et hic et in quibusdam Herodoti locis significari sibi persuasit. Verum vidit Brunckius, qui hunc locum et distinxit recte, et non male vertit: tu vero, o fili, vide ubi consistas, quove te vertas, et qui mihi aggrediare quod procurandum superest. Utique iam vides: cur cunctamur longius. ὄρας ἤδη dicit chorus, Philoctetam monstrans: vides iam, hunc somno sopitum iacere.

V. 825. Sensus est: ad quid faciendum manebimus? i. e. cuiusnam rei causa manebimus, ut eam faciamus? Verbum πράσσειν, cui simillimum est λεύσσειν v. 837. non, opinor, Buttmanus otiosum inficetumque indicasset, si in ea, quam ipse constituit, metrorum descriptione ei verbo locus esset. Sed illa descriptio, quia et

καιρός τοι πάντων γνώμαν ἴσχων
πολύ τι, πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται.

inusitatos, et sibi non bene respondententes, et inter se valde discordantes numeros habet, probari nullo modo potest.

V. 826. Iunt. secunda, καιρός σοι πάντων. Scholiastes: καιρός τοι πάντων. ἢ μετὰ εὐκαιρίας σύνεσις πολλῶν ἐπικράτειαν ἐν ἐτοίμῳ καρποῦται. ὁ δὲ νοῦς, ὁ καιρός ἐκεῖνος ὁ εὐκαιρῶς ἐπιτελούμενος, πολλοῖς εὐδοξίαν σύνεγγυς παρέχει. παρὰ πόδα. πλησίον. ἄρνυται. ἀποφέρεται. Brunckius vertit: quippe omni in re occasio optime consulit, celeriterque arrepta magnam e vestigio potentiam obtinet. Probat hanc interpretationem Buttmannus, καιρῶ ἰψὶ intelligentiam rerum tribui putans: unde etiam deus habitus sit. Mihi γνώμα non tam intelligentiam, quam decreta videtur significare, ut sensus huius loci sic Latine reddi possit: opportunum tempus, omnium rerum habenas tenens, eximiam, si statim utare, palmam fert. Caeterum non videtur dubitandum esse quin chorus haec ea mente dicat, ut velit Neoptolemum, relicto Philocteta, abire, arcumque secum asportare. Id et ea, quae hic respondet, comprobant, et ipse chorus confirmat, quum dicit, ἀλλὰ, τέκνον, τάδε μὲν θεὸς ὄψεται, et quae deinde plura in hanc sententiam adiicit. Minus enim necessarium putat chorus, Philoctetam ipsum abduci, si modo arcu eius potiti sint. Id ne repugnare videretur argumento fabulae, eo providit poeta, quod rem omnem in arcu verti fecit, obiter tantum v. 112. et 801. de ipsius Philoctetae ad Troiam adductione aliquid adspersens. Nam quae v. 608. seqq. narrantur, etsi vera sunt, tamen sic narrantur, ut si non sint vera.

V. 827. Libri veteres, πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται. Tricliniani παρὰ πόδας. Metri in-

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

μεσφῶδος.

ἀλλ' ὄδε μὲν κλύει οὐδέν· ἐγὼ δ' ὄρω, οὔνεκα
θήραν

830 τήνδ' ἀλίως ἔχομεν τόξων, δίχα τοῦδε πλείοντες. 840
τοῦδε γὰρ ὁ στέφανος, τοῦτον θεὸς εἶπε κομίζειν.
κομπεῖν δ' ἔστ' ἀτελῆ σὺν ψεύδεσιν αἰσχρὸν ὄνειδος.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

ἀντιστροφῆ.

ἀλλὰ, τέκνον, τάδε μὲν θεὸς ὄψεται·

ὣν δ' ἂν κάμειβῃ μ' αὐθις,

βαιάν μοι, βαιάν, ὦ τέκνον,

835 πέμπε λόγων φήμαν· ὡς πάντων

845

dicio addidi πολὺ τι in Elem. doctr. metr. p. 271. ubi tamen non recte versus distincti.

V. 832. Libri veteres, ὣν δ' ἂν κάμειβῃ μ' αὐθις, numeris per se bonis, si responderent antistrophici. Tricliniani supplemento et ad sensum et ad numeros inepto, ὣν δ' ἂν κάμειβῃ σύ μ' αὐθις, quod non debuisse Buttmannum recipere, recte monuit Wunderus. Ego quidem unius litterae adiectione versus exaequandos putavi. Particulae καὶ hic ea vis est, quae nobis per ja non encliticum exprimitur: was du mir aber ja antwortest. Quam si explicatius declarare volumus, hoc illa indicat, fortasse quid non fieri, sed fortasse etiam fieri. Aeschylus Prom. 542. μάτην γὰρ, οὐδὲν ὀφελῶν ἐμοί, πονήσεις, εἴ τι καὶ πονεῖν θέλεις. Et Agam. 855. καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον, ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ βουλευτέον· ὅτω δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων, ἧτοι κέαντες, ἢ τεμόντες εὐφρόνως, πειρασόμεθα πῆματος τρέψαι νόσον.

V. 835. Libri veteres φήμαν. Brunckius cum Triclinianis φάμαν. In iis quae sequuntur, Schaeferus ad Longum p. 404. πάντων ἐν νόσῳ iunge-

ἐν νόσῳ εὐδρακῆς
 ὕπνος ἄπνος λεύσειν.
 ἀλλ' ὅτι δύνα μάκιστον,
 κείνο λάθρα, κείνό μοι *
 840 ἔξιδοῦ, ὅ τι πράξεις.

850

bat, omnium aegrotorum interpretans, quem sequitur Matthiae in gr. Gr. p. 842. At hoc dici debuisset πάντων τῶν ἐν νόσῳ. Sensus est: omnium hominum somnus in morbis non est profundus, sed ita irritabilis, ut facile omnia animadvertant.

V. 837. Ὑπνος ἄπνος ex h. l. commemoratur ab Eustathio p. 1297, 26. 1837, 62. 1843, 37. (1409, 7. Od. 656, 48. 664, 48.)

V. 838. Libri δύναιο. Elmsleius ad Oed. R. 692. δύναι. Scripsi δύνα. Vide ad v. 787.

V. 839. Libri veteres: κείνό μοι, κείνο λάθρα ἔξιδοῦ ὅτι πράξεις. Turpi interpolatione Tricliniani: κείνό μοι γὰρ μέγιστον· λάθρα ἔξιδοῦ ὅτι πράξεις. Wunderus λάθρα cum ἔξιδοῦ absurde coniunctum putat, quia deliberare nemo possit, nisi ita, ut non intelligat alius. At apertum est, hic non solum de eo, quod secum deliberare Neoptolemus, sed etiam de eo, quod communicare cum choro, et vero etiam effectum dare debeat, sermonem esse. Quae omnia sic fieri iubet chorus, ut nihil sentiat Philoctetes. Versus quum sit mutilus, in fine lacunae signa posui. Excidit fortasse participium aliquod, ut φροντίζων. Caetera autem verba eo posui ordine, quo scripta fuisse metrum, et similis in strophico versu orationis conformatio monebat. De ea similitudine et aequali verborum comparatione, quae pluribus in locis huius carminis conspicua est, explicuit Buttmanus.

οἶσθα γὰρ ὄν ἀνδῶμαι,

V. 841. Libri veteres: οἶσθα γὰρ ὄν ἀνδῶμαι. εἰ ταυτάν (sic) τούτῳ γνώμαν ἴσχεις, μάλα τοι ἄπορα πνικνοῖσιν ἐνιδεῖν πάθη. Codd. Harl. et Flor. ὄν ἀνδῶμαι et πνικνοῖσιν. Cod. Ven. εἰ τὴν αὐτάν et πνικνοῖσιν. Tricliniani: οἶσθ' οἶσθ' ὄντιν' ἀνδῶμαι, εἰ ταυτάν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις, μάλα τοι ἄπορα πνικνοῖς ἐνιδεῖν πάθη. In calce ed. Turnebi adnotata haec scriptura ἀνδῶμ' εἰ, ut videantur fuisse, qui εἰ τὰν αὐτάν legerent. Scholiastes: οἶσθα γὰρ ὄν ἀνδῶμαι. δι' ὄν λέγω, οἶον τὸν Φιλοκτῆτην. διὰ μέσον τοῦτο εἴρηκε. εἰ ταυτάν τούτῳ γνώμαν. εἰ τὴν αὐτὴν τῷ Ὀδυσσεῖ γνώμην ἔχεις, ὥστε αἴρειν τὸν Φιλοκτῆτην ἐντεῦθεν. ἄπορα πνικνοῖσιν. ἄπορον ἐστὶ καὶ τοῖς συνετοῖς ἰδεῖν τὸ πρακτέον. λείπει οὖν ὁ καὶ γράφεται πνικνοῖσιν. ἴν' ἧ, ἐν πράγμασι πνικνοῖς συνιδεῖν τὸ πρακτέον, ἄπορον. Apertum est, scholio praefigendum fuisse ἄπορα πνικνοῖσιν, in ipso autem scholio scribendum γράφεται πνικνοῖσιν. Brunckius ὄν γ' ἀνδῶμαι dedit et ταυτάν εἰ, ex coniectura, Vlysem dici existimans. Versione autem sensum expressit, qui non est in Graecis: scis enim quem loquor: si cum illo sentis, prudentibus maxime datum perspicere, quo se pacto ex difficultatibus extricent. Pariter Vlysem intelligens Buttmannus, coniungit haec cum superioribus, atque ita interpretatur: illud iam clam mihi prospice, quid, si eandem illi (scis cui) sententiam foves, factururus sis. Nam perdifficile est sanae mentis homini, miserias intueri. In his quoque quae postrema sunt, sententiam continent tam ieiunam, tam inepte expressam, tam alienam ab hoc loco, tam non congruentem significationi verbi πνικνός, ut vix intelligas, quomodo quisquam adduci potuerit, ut

εἰ ταύτων τούτῳ γνώμαν ἴσχεις,

tantum flagitium Sophocli affingeret. Itaque haec merito notata sunt a Wundero, qui tamen non feliciter rem gessit, quum eiecto πάθη, quod scholiastam habuisse negat, μάλα τοι ἄπορα πνικὺν εἰσιδεῖν vel πνικὺν ἔστ' ἰδεῖν legens, id significare posse putat, admodum difficile sane est, prudentem invenire agendi rationem. Hi omnes doctorum hominum conatus ita sunt comparati, ut, quum, per se ipsi concidant, non opus refutatione videatur. Dicamus primo de duobus insolentioribus in hoc loco vocabulis. Ac ταυτῶν pro τῶν αὐτῶν iure miratur Buttmannus, qui id tamen non secus intactum putat relinquendum esse atque θάτερον pro τὸν ἕτερον in Euripidis Ione v. 849. Euripidis quidem loco ego non ausim hac in re uti, quum is alio modo expediri possit, quamquam θάτερος in vulgi sermone satis munifum videtur. Ita vero non video, quid praesidii habeat ταυτῶν. Alterum est ἐνιδεῖν, verbum rarum, sed tamen Thucydidi, Xenophonti, aliisque usurpatum: de cuius significato etsi recte disputavit Buttmannus, tamen minime necesse est ut id construatur cum πνικνοῖσιν, quasi sit ἐν τοῖς πνικνοῖς ἰδεῖν: potest enim referri ad γνώμαν. Quod non animadvertens Buttmannus, vereri se ait, ne praeposito ἐν e praegressa syllaba σιν nata sit. Facilis haec, sed minime necessaria mutatio. Induxisse Buttmannum videtur particula τοι, ut hanc stropham sententiose finiri crederet. At ea particula non minus in apodosi usitata est: eique usui hic eam inservire, uti verissima quae in libris est interpunctio monstrat, ita sensus verborum etiam efflagitat. Mirum est enim ac potius incredibile, non vidisse interpretes, quod luce ipsa clarius est, non alium haec verba posse sensum habere, quam hunc: sapientibus licet

μάλα τοι ἄπορα πυκνοῖς ἐνιδεῖν πάθη.

inextricabilia in ea remala conspiciere. Quae quum sint apodosis praecedentium, iam haec qualia esse debeant poterit existimari. Ex iis, quae et chorus in stropha dixerat, et ei responderat Neoptolemus, apertum est, moneri hunc, ut cum arcu abeat, relicto Philocteta: id si non faciat, inextricabile malum impendere. Iam, ut ταυτὰν tantisper pro τὰν αὐτὰν dictum concedamus, vel scribamus εἰ γ' αὐτὰν, quod et mihi olim, et Schaefero ad Greg. Cor. p. 303. in mentem venit, quis est ille, de quo dicit chorus, οἶσθα ὃν αὐδῶμαι? Num Philoctetes, ut Triclinio placebat, qui ita scripsit: γινώσκεις, φησὶν, ὃν αὐδῶμαι ἀντὶ τοῦ αὐδῶ καὶ λέγω, ἤγγουν τὸν Φιλοκτήτην. Ita in ipsa quidem sententia nihil sibi repugnat: si cum Philocteta consentis, i. e. si cum non deseris, magnum praevidere potes malum: sed illud ineptum est, quod nominare Philoctetam veretur, idque iis verbis, quibus aperte aliquis designatur, quem coram illo nominari non liceat. An igitur Vlysem dicit? At tum inepta est et secum ipsa pugnans sententia: si cum Vlysse facis, ingens malum imminere vides. Immo, si non faciet cum Vlysse, sed, quod velle se dixit, manebit usque dum expergefactus sit Philoctetes, non habebit, qui se ex illo discrimine expediat. Ergo neutrum, nec Philoctetam, neque Vlysem, dicit. Quem vero alium? inquis. Monstrare id mihi videtur optima codicum Harleiani et Florentini scriptura, ὃν αὐδῶμαι. Eam enim non solum metrum confirmat: nam si ὃν a poeta profectum esset, quis credat eum non in stropha μένομεν potius, quam μενοῦμεν scripsisse? sed congruit etiam cum illa scriptura explicatio scholiastae, δι' ὃν λέγω, quam Brunckius e Triclinii scholiis interpolavit. At scholiastes ὃν pro

ΧΟΡΟΣ.

ἐπωδός.

845 οὐρός τοι, τέκνον, οὐρός· ἄ- 855
 νῆρ δ' ἀνόμματος, οὐδ' ἔχων ἀρωγάν,
 ἐπέταται νύχτιος,
 (ἀλεῆς δ' ὕπνος ἔσθλός,)

ὧν ἔνεκα videtur accepisse. Tu vero Atridas totumque Graecorum exercitum dici puta, neque inauditum istud ταυτάν, sed ταύταν ab Sophocle scriptum crede. Hoc enim dicit chorus: scis enim quorum dicam, si hoc huic habes consilium, inextricabilia profecto sapientibus in eo consilio mala conspici planum est: i. e. illorum enim, scis quos dicam, maximum discrimen ei, qui sapit, in tuo consilio conspicuum est, si hoc in huncce, Philoctetam dico, decrevisti, ut non abeas cum arcu, sed maneat usque dum illum somnus reliquerit. Atridae enim, cum iisque universus Graecorum exercitus ea in re periclitantur, si Neoptolemus, optimam arcu potiundi abeundique occasionem nactus, ea non utitur.

V. 844. Hoc carmen, quod olim iusto audaciore coniectura ex quattuor versibus heroicis, qui Neoptolemi verbis responderent, et brevi epodo compositum fuisse coniciebam, totum est pro epodo habendum, cuius primus versus Glyconeus est, secundus Phalaeceus, tertius dactylicus. Ac libri veteres, ἀνῆρ δ' ἀνόμματος. Tricliniani, ἀνῆρ ὄδ' ἀνόμματος. Brunckius ὠνῆρ δ' ἀνόμματος.

V. 846. De verbo ἐπέταται v. Dorv. ad Char. p. 642. seq. (593. s. ed. Lips.)

V. 847. Libri veteres, ἀλεῆς. Tricliniani, ἀλέης. Margo Turnebi ἀλεῆς. Scholiastes: ἀλέης ὕπνος ἔσθλός. ὁ ὕπνος ὁ ὑπὸ τὴν ἀλέαν τοῦ ἡλίου. ἀλέης. θεσμός. παρὰ τὴν ἀλέαν. Ὀμηρος· ἀλέη τε γένηται. τοῦτο δὲ καθ' ἑαυτὸν φησιν. ὕπνος

οὐ χερρός, οὐ ποδός, οὐ τινος ἄρχων· 860
ἀλλ' ὡς τις σ' Αἴδα παρακείμενος

σύμφορος ἡμῖν ἐστὶ, καὶ τοῖς πράγμασιν ἀγαθός. Non aliunde nota adiectivi forma ἀλεῆς. Sed usitatum est ἀλεός, de quo etiam Hesychius: ἀλεόν· θερμόν, ἢ χλιαρόν. Videtur et huius adiectivi et nominis ἀλέη prima syllaba longa esse, quum Hesiodus ita O. et D. 391. ἐπαλέα λέσχην dixerit. Si ita est, apud Sophoclem ἀλεῆς duabus syllabis pronunciandum erit, quum non apte versus Phecreateus mediis dactylicis inseri videatur. Caeterum scholiastae interpretatio, qui ἐσθλὸν dici somnum putat, quod opportunus sit ad exsequendum id, quod suadet chorus, et verbo illi consentanea est, et rei ipsi accommodata: ut mirer, Buttmannum haec pro sententiola e vita communi habere, ἐσθλὸν autem dictum putare pro βαθύν. Huiusmodi quidem sententia nihil invenustius fingi poterat. Addendam vero iudicavi particulam δέ, quae in tali parenthesi necessaria est. Nemo enim non videt, pessime Brunckium post νόχιος plene, post ἐσθλός autem commate interpunxisse, ut quae sequuntur ad somnum referrentur. Cohaerere verba ita, ἀνὴρ δ' ἀνόμματος, οὐδ' ἔχων ἄρωγάν, οὐ χερρός, οὐ ποδός, οὐ τινος ἄρχων, recte vidit Wunderus.

V. 849. Libri, ἀλλ' ὡς τις (cod. Flor. et ed. Brubach. a. 1549. ὅστις) Αἴδα παρακείμενος ὄρα. βλέπει. καίρια φθέγγει. Triclinianae post ὄρα commate distinguunt. Ad φθέγγει in membranīs supra scriptum φθέγγη. Brunckius ex coniectura dedit, ὄρας, βλέπει. καίρια φθέγγον. Et φθέγγον videtur in cod. Flor. esse, ex quo adnotatum, verba ὄρα — φθέγγον Neoptolemo tribui: quod quidem inepte factum. Pro βλέπει in eodem cod. βλέπ. scriptum. Brunckii emendationem certissimam vocat Buttmannus. At illud καίρια φθέγγον

850 ὄρα. βλέπ' εἰ καιρία φθέγγει. τὸ δ' ἀλώσιμον ἐμᾶ φροντίδι, παῖ,

hic nimis abruptum videtur. Sophocles id, opinor, sic dixisset, τῷ μοι καιρία φθέγγον. Peius etiam abruptam orationem, et multis quidem modis, Wunderus invenit, qui haec sic putavit scribenda esse: ἀλλά τις ὡς Ἄϊδα παρακείμενος. ὄρα, βλέπε καιρία φεύγει· τὸ δ' ἀλώσιμον ἐμᾶ φροντίδι, παῖ, πόνος ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος. In quibus φεύγει ad καιρία refert, ut occasio aufugere dicatur. Non est haec Sophoclea oratio: in qua, ut caetera mittam, certe τὰ καιρία dictum oportebat. Ego quidem, quum mihi illud in hoc loco pene necessarium videatur, ut verba ἀλλ' ὡς τις Ἄϊδα παρακείμενος non sic nude orationem finiant, sed, ut est in libris, verbum habeant adiunctum, quo apte concludatur sententia, primum ὄρα non mutandum puto, sed quo versus dactylicus recte incedat, etsi non male Wunderus ἀλλά τις ὡς coniecit, tamen facilius esse arbitror, σ' inseri: sed ut aliquis in Orco iacens te videt, i. e. non videt. Caetera nulla littera laesa, disiunctis duabus vocibus sic scribenda existimo: βλέπ' εἰ καιρία φθέγγει: vide num tempestitiva dicas, quum scilicet dicis, manere te velle opportunissima abeundi commo- ditate oblata. Est autem haec huius formulae vis, ut significet, vereor ne non dicas tempestitiva. Sic in Prometheo v. 996. ὄρα νῦν εἴ σοι ταῦτ' ἀρωγὰ φαίνεται.

V. 851. Scholiastes: τὸ δ' ἀλώσιμον. τὸ δὲ ἀγροσύμιον, ὃ ἐστὶ πέρας, ἀνάκειται τῇ ἐμῇ φροντίδι. πόνος ὁ μὴ φοβῶν. ὁ πόνος ὁ μὴ φοβὸν ἔχων, κράτιστός ἐστιν. ὁ μὴ πρὸς κίνδυνον ὄρων. ἀντὶ τοῦ, μὴ φοβηθῶμεν. πάντα γὰρ ἀνύομεν. Brunckius hunc locum sic est interpretatus: quae tempori convenient iube: negotium hoc,

πόνος ὁ μὴ φοβῶν, κράτιστος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

Σιγᾶν κελεύω, μηδ' ἀφεστάναι φρενῶν. 865

κινεῖ γὰρ ἀνὴρ ὄμμα, κἀνάγει κᾶρα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

855 ὦ φέγγος ὕπνου διάδοχον, τό τ' ἐλπίδων
ἄπιστον οἰκούρημα τῶνδε τῶν ξένων.

o fili, mea solertia confici potest: labor absque metu optimus. Proinde, etsi minorem distinctionem servavit, quam libri post καὶ habent, τὸ δ' ἀλώσιμον scripsit: pessime: debebat enim inverso ordine ἀλώσιμον τῷδε. Buttmanus, servato τὸ δ' ἀλώσιμον, plene distinxit post καὶ, sensum esse dicens: tu modo bona consilia cape: ego mea sollertia hoc perficiam. Putabat nimirum τὸ sic pro τοῦτο poni posse. At ita non loquuntur Graeci: qui sicubi isto τὸ δὲ ita uti videntur, est id, quod Latine dicas quod: ut, quod ego mea sollertia perficiam. Recte in libris et scriptus et distinctus hic locus est, recteque eum intellexisse videtur scholiastes: sed neque hunc nec poetam recentiores intellexerunt interpretes. Τὸ est articulus. Sensus verborum est: quod ego deliberatione assequi possum, illud est, laborem metu vacuum esse optimum. Id si plene diceretur, sic erat dicendum: τὸ δὲ ἀλώσιμον ἐμᾶ φροντίδι τῷδε ἐστὶ πόνος ὁ μὴ φοβῶν ἐστὶ κράτιστος.

V. 856. Non satis intelligo Buttmanum, qui ἄπιστον οἰκούρημα instar unius vocabuli esse putat, cui res unde pendeat adiungatur casu genitivo, τὸ τῶν ἐλπίδων ἄπιστον οἰκούρημα, quod interpretatur, ἐκεῖνο ὅπερ ταῖς ἐλπίσιν ἐστὶν οἰκούρημα ἄπιστον. Immo ἐλπίδων ἄπιστον est ὑπὸ τῆς ἐμῆς ἐλπίδος ἀπιστηθέν. Plura huiusmodi allata sunt a Schaefero in Melet. cr. p. 137. seq.

- οὐ γὰρ ποτ', ὦ παῖ, τοῦτ' ἂν ἐξηύχῃς ἐγώ,
 τλήναι σ' ἔλεινῶς ὧδε τὰ μὰ πῆματα 870
 μεῖναι, παρόντα καὶ ξυνοφελουντά μοι.
- 860 οὐκουν Ἀτρεΐδαι τοῦτ' ἔτλησαν εὐφόρως
 οὕτως ἐνεγκεῖν, ἀγαθοὶ στρατηλάται.
 ἀλλ' εὐγενῆς γὰρ ἡ φύσις καὶ εὐγενῶν,
 ὦ τέκνον, ἢ σή, πάντα ταῦτ' ἐν εὐχεραῖ 875
 ἔθου, βοῆς τε καὶ δυσοσμίας γέμων.
- 865 καὶ νῦν, ἐπειδὴ τοῦδε τοῦ κακοῦ δοκεῖ
 λήθη τις εἶναι κἀνάπαντα δὴ, τέκνον,
 σύ μ' αὐτὸς ἄρον, σύ με κατάστησον, τέκνον,
 ἴν', ἢνίκ' ἂν κόπος μ' ἀπαλλάξῃ ποτέ, 880
 ὀρμώμεθ' ἔς ναῦν, μηδ' ἐπίσχωμεν τὸ πλεῖν.
- ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.
- 870 ἀλλ' ἦδομαι μὲν σ' εἰσιδὼν παρ' ἑλπίδα
 ἀνώδυνον βλέποντα κἀμπνέοντ' ἔτι.

V. 857. Scholiastes: ἐξηύχῃς ἐγώ. ἐνόμισα.
 Cod. Harl. ἐξίσχῃς ἐγώ.

V. 858. Primus Stephanus edidit ἔλεινῶς pro
 ἔλεινῶς. Vide Porsonum in praef. ad Hec. p. 8.

V. 860. Libri εὐπόρως. Eldickius coniecit εὐ-
 λόφως. Brunckius, quem Erfurdus sequutus
 est, εὐφόρως. Sed eidem Brunckio etiam εὐπετῶς
 in mentem venit. Buttmanus εὐπόρως servavit,
 sed nihil ad explicandum attulit. Mihi verum vi-
 detur εὐφόρως.

V. 861. Vulgo οἱ ἀγαθοί. Propius verum ἀγαθοί
 cod. Ven.

V. 868. Scholiastes: κόπος μ' ἀπαλλάξῃ
 γράφεται, κόπον ἀπαλλάχθῶμεν. V. D. in
 Diar. class. Fasc. II. p. 338. Brunckii, opinor,
 ed. usus, qui in scholiasta ἀπαλλάχθῶ edidit, ve-
 ram lectionem esse putat κόπον γ' ἀπαλλάχθῶ.
 Idque persuasit Buttmanno. Similiter Vauvillers-
 ius, κόπον γ' ἀπαλλάχθῶ πόδε. At illud κόπου

ὡς οὐκ ἔτ' ὄντος γάρ, τὰ συμβόλαιά σου
πρὸς τὰς παρούσας ξυμφορὰς ἐφαίνεται. 885

875 νῦν δ' αἶρε σαυτόν· εἰ δέ σοι μᾶλλον φίλον,
οἴσουσί σ' οἶδε· τοῦ πόνου γὰρ οὐκ ὄκνος,
ἐπείπερ οὕτω σοί τ' ἔδοξ' ἔμοί τε δρᾶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

880 αἰνῶ τάδ', ὦ παῖ, καί μ' ἔπαιρ', ὥσπερ νοεῖς·
τούτους δ' ἔασον, μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ 890
ὄσμῃ πρὸ τοῦ δέοντος· οὐπὶ νῆϊ γὰρ
ἄλις πόνος τούτοισι, συνναίειν ἔμοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἔσται τάδ'· ἀλλ' ἴστω τε, καὐτὸς ἀντέχον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

θάρσει. τό τοι σύννηθες ὀρθώσει μ' ἔθος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

παπαῖ· τί δῆτα δρῶμ' ἐγὼ τούνθενδε γε; 895

ἀπαλλαγθῶμεν nihil est nisi explicatio vulgatae scripturae, accommodata verbis sequentibus, quam scholiastes aliam lectionem esse opinatus est.

V. 872. Brunckii codd. B. T. σοι pro σου, quod non deterius vulgato esse, recte monuit Brunckius. Cave enim σου cum ὡς οὐκέτ' ὄντος construas.

V. 876. Dedi οὕτω cum Triclinianis. Brunckius et Erfurdus οὕτως, ut veteres libri.

V. 878. Priseianus XVIII. 20. vol. II. p. 180. ed. Krehl. Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτῆτῃ· μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ ὄσμῃ πρὸ τοῦ δέοντος. Quae quum in ed. Putschii p. 1169. sic scripta legerentur: Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτῆτῃ τῶ ἐν Τροίᾳ· ὄσμῃς μόνον ὡς μὴ βαρυνθήσεσθέ μου, ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῆς ὄσμῆς· a Brunckio fragmentis Philoctetae ad Troiam inserta sunt.

V. 881. Tricliniani, ἔστω τάδ'. Vide Pors. ad Hec. 894. Mox veteres libri ἴστω pro ἴστω.

V. 883. Libri, τί δῆτα δρῶμ' ἐγὼ τούνθενδε γε,

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τί δ' ἔστιν, ᾧ παῖ; ποῖ πότ' ἐξέβης λόγῳ;
 ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

885 οὐκ οἶδ' ὅποι γῆρ' ἄπορον τρέπειν ἔπος.
 ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπορεῖς δὲ τοῦ σῦ; μὴ λέγ', ᾧ τέκνον, τάδε.

nisi quod Brunckii cod. B. τί δῆτα δροῶμ' ἐγὼ τοῦν-
 θάδε λέγε, et cod. Ven. τί δῆτα δροῶμ' ἐγὼ τοῦν-
 θένδε λέγε. Brunckius ex coniectura, τί δῆτα δροῶμ'
 ἄν ἐκ τούτων ἐγώ. Schaeferus coniecit, τί δῆτ' ἄν,
 quod probat Elmsleius ad Iph. T. 89. et ad Med.
 773. Apte Martinus citavit Reisigium in comment.
 de particula ἄν p. 132. seqq. Est enim sane hic
 locus ex eo genere, quod ibi recte est ab Reisigio
 explanatum. Nam ubi surgentem videt Phœocte-
 tam Neoptolemus, paratumque ad petendam navim,
 inops consilii, ita secum ipse loquitur: heī, quid
 censeat quis me iam deinceps facere?

V. 884. Cod. Harl. λόγων, in quod coniectura
 incidit Brunckius. Receperunt Erfurdus et Butt-
 mannus, elegantia scilicet phraseos capti. Nam si
 accuratius considerassent, vidissent, id tum dici
 potuisse, si magnum quid aut infandum dixisset
 Neoptolemus. At non hoc ille fecerat, sed osten-
 derat dubitatione sua, se aliquid volvere animo,
 quod quid sit nescit Philoctetes. Quare hic ita in-
 terroget necesse est: quoniam tendit oratio
 tua? i. e. si quem genitivum supplere volumus,
 ποῖ διανοίας καὶ φροντίδος ἐξέβης λόγῳ. Nam ποῖ
 ἐξέβης ad meditationem refertur, ut v. 794. ποῦ
 πότ' ἄν κρηεῖς, et apud Eurip. Iph. T. 781. ἐξέβην
 γὰρ ἄλλοσε. Et tantum abest, ut ἐκβῆναι ποι λόγων
 dici potuerit Neoptolemus, ut ipse iis, quae respon-
 det, se non habere declaret, ὅποι ἐκβῆσται.

V. 886. Pessime Brunckius, ἀπορεῖς δὲ τοῦ σῦ;
 quem tacite sequutus est Buttmannus, licet etiam
 Tricliniani veram scripturam habeant.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἐνθάδ' ἤδη τοῦδε τοῦ πάθους κυρῶ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐ δὴ σε δυσχέρεια τοῦ νοσήματος 900

ἔπεισεν, ὥστε μὴ μ' ἄγειν ναύτην ἔτι;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

890 ἅπαντα δυσχέρεια, τὴν αὐτοῦ φύσιν

V. 887. Scholiastes: *πάθους κυρῶ. πάθους λέγει τῆς ἀπορίας, ἀντὶ τοῦ ἀπορῶν τυγχάνω.* Haeret Buttmannus in addito τοῦδε, quod Philoctetes ἀπορίαν tantum, non eius gradum dixerit. Profecto, si haec ad Philoctetae verba spectarent: at respicit Neoptolemus id quod ipse dixerat: quin eo iam illius trepidationis perveni, ut ne verba quidem, quibus utar, inveniam.

V. 888. Iure Brunckius nescire se ait, qua in editione Toupius scriptum legerit οὐδ' ἢ σε δυσχέρεια, qui in Em. in Snid. T. III, p. 146. (P. II. p. 260. ed. Lips.) τοῦδ' ἢ σε δυσχέρεια scribendum censebat. Erfurdus οὐ σ' ἢδε δυσχέρεια edidit. Buttmannus, in librorum scriptura acquiescens, vere quidem dicit, quousque in articuli neglectu processerint antiqui, poetae maxime, e veteribus exemplis discendum, non, quod modum excedere nobis quidem videatur, mutandum esse: sed est tamen etiam quaerendum, si quid insolentius dictum est, potueritne dici, an non potuerit: aliter exemplis nihil proficimus. Atqui non est obscurum, hic utrumvis, sed diverso sensu, dici potuisse. Nam ἢ δυσχέρεια τοῦ νοσήματος definite id, quod in hoc morbo molestum est, significat; δυσχέρεια τοῦ νοσήματος autem infinite, si quid in eo molestum est. Id eodem modo Germani, quorum maxima est in articuli usu cum Graecis consensio, omisso articulo dicimus: es hat dich doch nicht laestigkeit der krankheit vermocht.

ὅταν λιπὼν τις, δρᾶ τὰ μὴ προσεικότα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὐδὲν ἔξω τοῦ φυτεύσαντος σύ γε
δρᾶς, οὐδὲ φωνεῖς, ἐσθλὸν ἄνδρ' ἐπωφελῶν. 905

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

αἰσχρὸς φανοῦμαι· τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

895 οὐκ οὖν ἐν οἷς γε δρᾶς· ἐν οἷς δ' αὐδᾶς, ὀκνῶ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ Ζεῦ, τί δράσω; δεύτερον ληφθῶ κακός,
κρύπτων θ' ἂ μὴ δεῖ, καὶ λέγων αἰσχιστ' ἐπῶν;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἄνῆρ ὅδ', εἰ μὴ γὰρ κακὸς γνώμην ἔφην, 910
προδοῦς μ' ἔοικε κάκλιπὼν τὸν πλοῦν στελεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

900 λιπὼν μὲν οὐκ ἔγωγε· λυπηρῶς δὲ μὴ.

V. 897. Scholiastes: κρύπτων θ' ἂ μὴ δεῖ.
τὰ ἀληθῆ. καὶ λέγων αἰσχιστ' ἐπῶν. ἀπατῶν.
Obscura et ambigua oratio, ut saepe apud Sopho-
clem. Potest enim et sic accipi: iterumne ma-
lus deprehendar celando vero, dicendo-
que turpi mendacio, quemadmodum scilicet
antea utrumque feci; et hoc modo: iterumne
deprehendar malus, semel, quum vera
celavi; nunc autem aperte dicendo,
quod turpe est. Hoc posterius verum est.
Nam in eo est Neoptolemus, ut iam non celare
rem velit, sed confiteri: id autem turpe esse vi-
det, quia verum dicendo non potest non fidem
Philoctetae datam fallere. Id animadvertens, opi-
nor, Wakefieldius, ἂ μὴ δεῖ edidit, quo non
opus esse recte intellexit Buttmannus.

V. 898. Scripsi ἄνῆρ pro ἀνῆρ.

V. 900. Edd. vett. λυπηρῶς δέ μὴ πέμπων σε
μᾶλλον. Etiam cod. Ven. πέμπων. Πέμπω ha-

πέμπων σε μάλλον, τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλα.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τί ποτε λέγεις ὦ τέκνον; ὡς οὐ μανθάνω.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐδέν σε κρύψω. δεῖ γὰρ ἐς Τροίαν σε πλεῖν οἶσε
πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τὸν Ἀτρειδῶν στόλον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

905 οἶ μοι, τί μ' εἶπας;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

μὴ στέναζε, πρὶν μάθης.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ποῖον μάθημα; τί με νοεῖς δοῦσαι ποτε;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σῶσαι κακοῦ μὲν πρώτα τοῦδ', ἔπειτα δὲ

bent Tricliniani, idque Brunckius ait in suis codd. omnibus esse. Sensum iam H. Stephanus, ipse quoque πέμπω probans, bene explicuit, neque aliter scholiastes: οὐχ ὅτι καταλείψω σε ἄχθομαι, ἀλλ' ὅτι λυπηρῶς καὶ οὐ κατὰ τὴν σὴν γνώμην μέλλω σε ἄγειν. ἐπὶ Τροίαν δέ φησι. Sed recte se habet πέμπων. Nam ut ad λιπὼν e praecedentibus intelligitur στελῶ, ita ad πέμπων intelligendum est στείλω.

V. 905. Cod. B. Brunckii, τί γ' εἶπας; qui codex etsi minime contemnendus est, tamen, quum γ' in nullo exstet alio libro, non putavi eam scripturam admittendam esse. Significaretur ea, quid adeo dixisti? Valckenarium Brunckius ait τί μ' εἶπας coniecisse, quod recepit Erfurd-tius, falsus tamen, quum addit ita etiam Porsonum correxisse ad Phoen. 892. Τί μ' εἶπας non quid de me significat, sed quid in me dixisti? De hiatu v. Brunckium h. l. et Martinum ad v. 100. Eum hic non recte defendi puto.

ξὺν σοὶ τὰ Τροίας πεδία πορθῆσαι μολών. 920

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ ταῦτ' ἀληθῆ δρᾶν νοεῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

910 τούτων ἀνάγκη· καὶ σὺ μὴ θυμοῦ κλύων. πολλὴ κρατεῖ

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπόλωλα τλήμων, προδέδομαι. τί μ', ὦ ξένη, δέδρακας; ἀπόδος ὡς τάχος τὰ τόξα μοι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' οὐχ οἶόν τε· τῶν γὰρ ἐν τέλει κλύειν 925
τό τ' ἔνδικόν με καὶ τὸ συμφέρον ποιεῖ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

915 ὦ πῦρ σὺ, καὶ πᾶν δεῖμα, καὶ πανουργίας
δεινῆς τέχνημ' ἔχθιστον, οἶά μ' εἰργάσω,

V. 915. Scholiastes: ὦ πῦρ σὺ. παρὰ τὸ ὄνομα. καλεῖται γὰρ Πύρρος. Eadem fuit Eustathii sententia p. 1187, 21. 1463, 34. (1255, 45. Od. 121, 34.) Puerilem istum esse lusum, recte sensit Gedikius. Sed vel propterea non cogitavit Sophocles quidquam huiusmodi, quod non Pyrrhum hunc tragici, sed Neoptolemum vocant. Pro καὶ πᾶν δεῖμα temere Valckenarius ad Hippol. 406. παπαλάημα coniecit. Sensus est, qui totus es terror. Sic supra 618. ἡ πᾶσα βλάβη. Τέχνημα Brunckio iudice non est sic accipiendum, ut instrumentum Vlyssis dicatur Neoptolemus, sed ut ipse intelligatur τεχνίτης πανουργίας. Id in dubitationem vocat Buttmanus, quia τέχνημα aperte opus τεχνίτου significet: sed posse tamen ita vocari eum, qui se sua ipsius πανουργία totum finxerit. Recte vero Brunckius: vidissetque id Buttmanus, si cogitasset, eodem modo nos quoque loqui: du bist ein gewebe von betrug.

- οἷ ἠπάτηκας· οὐδ' ἐπαισχύνει μ' ὄρων
 τὸν προστρόπαιον, τὸν ἰκέτην, ὃ σκέτλιε; 930
 ἀπεστέρηκας τὸν βίον, τὰ τόξ' ἑλών.
- 920 ἀπόδος, ἰκνοῦμαί σ', ἀπόδος, ἰκετεύω, τέκνον.
 πρὸς θεῶν πατρώων, τὸν βίον μὴ μου φέλης.
 ὦ μοι τάλας. ἀλλ' οὐδὲ προσφωνεῖ μ' ἔτι,
 ἀλλ', ὡς μεθήσω μῆποθ', ὧδ' ὄρα πάλιν. 935
 ὦ λιμένες, ὦ προβλήτες, ὦ ξυνοῦσαι
- 925 θηρῶν ὄρειων, ὦ καταρῶγες πέτραι,
 ὑμῖν τὰδ', οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ' ὅτῳ λέγω,
 ἀνακλαίομαι παροῦσι τοῖς εἰωθόσιν,
 οἷ ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασεν οὐξ Ἀχιλλέως· 940

V. 921. Libri veteres μὴ μου φέλης. Tricliniani μὴ μ' ἀφέλης. Quam Buttmannus crasin ex μου ἀφέλης esse putat, non memor eamdem esse Elmsleii sententiam ad Med. 56. qui prius ad Oed. R. 1522. τὸν βίον με μὴ ἀφέλης coniecerat. Servavi veterum scripturam librorum, quia, etsi de crasi non dubito, illud tamen dubium puto, an ea crasis aliter pronunciata fuerit, quam τὰγαθοῦ.

V. 922. Edd. Ald. Col. Turn. Steph. προσφωνεῖν μ' ἔτι. Iuntinae et Brubachianae προσφωνεῖς μ' ἔτι. Primus Canterus dedit προσφωνεῖ μ' ἔτι.

V. 924. Προβλήτες et καταρῶγες ex h. l. commemorantur Eustathio p. 335, 2. (253, 35.) Hunc et sequentem versum affert Suidas v. ὄρειων et προβλήτες. In hoc posteriore loco, in quo addita verba οἷ ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασε, vulgo ξυνοῦσαι, sed cod. Leid. hic quoque ξυνοῦσαι, et οἷ ἔργ' ὁμοι παῖς μ' ἔδρασε.

V. 927. Vide praefat ad Bacch. p. 43.

V. 928. Male in Buttmanni editione in fine huius versus plena posita interpunctio. Cohaeret enim oratio cum sequentibus, quibus explicatur,

- ὁμόσας ἀπάξειν οἴκαδ', ἐς Τροίαν μ' ἄγει·
 930 προθεῖς τε χεῖρα δεξιάν, τὰ τόξα μού
 ἱερὰ λαβὼν τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους ἔχει,
 καὶ τοῖσιν Ἀργείοισι φήνασθαι θέλει.
 ὡς ἄνδρ' ἐλών μ' ἰσχυρὸν, ἐκ βίας ἄγει· 945
 οὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν,
 935 εἶδωλον ἄλλως. οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε
 εἶλέν μ'· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ᾧδ' ἔχοντ', εἰ μὴ δόλω.

quod dictum erat οἴα. Hinc ommissio particulae post ὁμόσας. Vide ad Eurip. Bacch. 275.

V. 929. Cod. Ven. ἀπάξειν μ' οἴκαδ'.

V. 930. Cod. Ven. προσθεῖς.

V. 931. Monendi sunt tirones, ne ἱερὰ Ἡρακλέους intelligant ac si dictum esset τὰ Ἡρακλέους ἱερὰ. Brunckii versio parum accommodata huic discrimini indicando: arcusque meus, sacra divi Herculis arma, quae dextrae data fide accepit, nunc detinet. Significatur enim, ἱερὰ ὄντα Ἡρακλέους, quum sint Herculi sacra.

V. 933. Rhetorice omisit copulam, illis, ἐς Τροίαν μ' ἄγει, gravius quid addens, ἐκ βίας ἄγει. Haec rhetorica orationis conformatio perrara in poesi. Aptior autem in ea figura est collocatio pronominis με post ἐλών, quam post βίας. Itaque veteres libros sequutus sum, quibus etiam Tricliniani accedunt. Brunckius cum cod. B. et Erfurdii ὡς ἄνδρ' ἐλών ἰσχυρὸν, ἐκ βίας μ' ἄγει. Et sic Suidae edd. vet. et cod. Leid. in v. κακοπινέστατον. Affert ibi Suidas v. 933—937.

V. 934. Apud Suidam l. c. οὐκ οἶδεν αἴρων. sed v. καπνοῦ σκιὰ habet καὶ οὐκ οἶδ' ἐναίρων.

V. 936. Apud Suidam v. κακοπινέστατον scriptum, εἶλέ μ' ἐπεὶ οὐδ' ἀνέσχοντ' εἰ μὴ δόλω. Etiam in cod. Leid. ᾧδ' omitti refert Martinus. Brunckius recte quidem pro commate coli signo

νῦν δ' ἠπάτημαι δύσμορος. τί χρὴ ποιεῖν;
 ἀλλ' ἀπόδος. ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαντῶ γενοῦ. 950
 τί φῆς; σιωπᾶς. οὐδέν εἰμ' ὁ δύσμορος.
 940 ὦ σχῆμα πέτρας δίπυλον, αὐθις αὖ πάλιν
 εἴσειμι πρὸς σὲ ψιλός, οὐκ ἔχων τροφήν.

post εἶλέν μ' interpunxit, sed male vertit: non enim me cepisset, si mihi vires integrae fuissent, quando ne sic quidem affectum capere potuit, nisi dolo. Id Graece ἐπεὶ οὐδ' ὦδ' ἔχοντα, omisso ἄν, dici debebat. Sensus verborum hic est: non enim valentem cepisset, qui ne aegrotum quidem cepisset, nisi dolo.

V. 937. Tricliniani, τί χρὴ με δοᾶν, quos qui sequitur Buttmannus etiam ubi perversa praebent, hic, ubi sine reprehensione poterat, non est sequutus. Cum veteribus libris consentit Suidas v. *καλοπινέστατον*. Perinepte Gedikius dubitabat an haec verba tribuenda essent Neoptolemo.

V. 938. Libri veteres in iisque nominatim Harl. ἀπόδος, omisso ἀλλ'. Id additum recte in Triclinianis. Aliter in cod. Ven. suppleta syllaba: ἀπόδος σύ γ'. Pro ἐν σαντῶ e membranis Brunckius ἐν σαντοῦ. Id Buttmanno aliquid comici habere videbatur. At est ea formula multorum praeter comicos scriptorum usu trita. Praetulit eam apud Platonem in Charm. p. 155. D. alteri Bekkerus ex multis codd. Sed hic quidem vulgatam tueri poterunt Valckenarius, quem Heindorfius ad Platonis illum locum citavit, in not. ad suas et Hemsterhusii oratt. p. 383. et, quem commemoravit Brunckius, Abréschius ad Aeschylum I. p. 173.

V. 941. Hunc et praecedentem versum affert Suidas v. αὐθις. Idem inde a verbis αὖ πάλιν in v. ψιλός. Vtrubique εἴσειμι in vett. edd. legitur.

ἀλλ' ἀνανοῦμαι τῶδ' ἐν ἀλλίῳ μόνος,
 οὐ πτηνὸν ὄρνιν, οὐδὲ θῆρ' ὄρειβάτην 255
 τόξοις ἐναίρων τοισίδ'· ἀλλ' αὐτὸς τάλας
 945 θανῶν παρέξω δαῖθ' ὑφ' ὧν ἐφερβόμην,
 καί μ' οὖς ἐθήρων πρόσθε, θηράσουσι νῦν·
 φόνου φόνου δὲ ῥύσιον τίσω τάλας

V. 942. Vulgo αὖ θανοῦμαι, etiam apud Suidam v. ὄρειβάτης, qui v. 942—945. affert. Scholiastes: ἀλλ' αὖ θανοῦμαι. γράφεται, ἀλλ' ἀνανοῦμαι, οἶον, ξηρανθήσομαι. Id merito iam a Cantero receptum.

V. 944. Τοισίδ' in libris vett. et Sophoclis et Suidae est, nisi quod accentus variat. Tricliniani τοῖσδέ γ'.

V. 945. Buttmannus, qui structuram verborum eandem esse dicit cum illa in Eurip. El. 53. χρυσὸν εἶφ', ὅς ἂν κτάνη, non rectius videtur hunc locum intellexisse, quam Brunckius, qui vertit: sed ipse miser mortuus praebebo escam iis, a quibus pascebar modo. Non pascimur hercle a feris, quibus vescimur. Ista quam Buttmannus dicit structura, scribi postularet ἀφ' ὧν ἐφερβόμην. Quod legitur ὑφ' ὧν ἐφερβόμην, construendum est cum θανῶν· θανῶν ὑπὸ τούτων, οἷς (vel potius ᾧ) ἐφερβόμην, δαῖτα παρέξω αὐτοῖς.

V. 946. Libri καί μ'. Hic quidem speciose Brunckius καί μ', ut non mirer, suscepisse id et Buttmannum et Elmsleium ad Med. 1269. Sed indicata iam per pronomen αὐτὸς oppositione, non opus est, iterari eam, praesertim quum hic oppositio sit inter οὖς ἐθήρων et θηράσουσι.

V. 947. Apud Suidam v. ῥύσιον hic versus ita corruptus legitur, φόνου δὲ ῥύσιον τίς ᾧ τάλας. Necem, inquit, necis piammentum persolvam miser per eum, qui omnis mali ignarus videbatur.

πρὸς τοῦ δοκοῦντος οὐδὲν εἰδέναι κακόν. 960

950 ὄλοιο μὴ πω, πρὶν μάθοιμ', εἰ καὶ πάλιν
γνώμην μετοίσεις· εἰ δὲ μὴ, θάνοις κακῶς.

ΧΟΡΟΣ.

τί δρωμεν; ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ,
ἤδη ᾿στὶ, καὶ τοῖς τοῦδε προςχωρεῖν λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἔμοι μὲν οἶκτος δεινὸς ἐμπέπτωκέ τις 965
τοῦδ' ἀνδρὸς, οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ καὶ πάλαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

955 ἐλέησον, ᾧ παῖ, πρὸς θεῶν, καὶ μὴ παρῆς
σαντοῦ βροτοῖς ὄνειδος, ἐκκλέψας ἐμέ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οἳ μοι, τί δράσω; μὴ ποτ' ὄφελον λιπεῖν
τὴν Σκῦρον· οὕτω τοῖς παροῦσιν ἄχθομαι. 970

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

960 οὐκ εἶ κακὸς σύ· πρὸς κακῶν δ' ἀνδρῶν μαθῶν
ἔοικας ἦκειν αἰσχρά. νῦν δ' ἄλλοισι δοῦς

V. 949. Schaeferus, ὄλοιο—μῆπω, quasi corrigente se Philocteta, eodemque modo in Trachiniis v. 385. Iure contradicit Buttmanus, sed infirmo, ac potius nullo argumento. Quum enim Trachiniarum loco eandem figuram adhibuerit Schaeferus, qui potest is locus probare non esse adhibendam? Confecerat rem Reisigius in Coniect. I. p. 64. allatis ex Medaeae v. 82. verbis ὄλοιο μὲν μῆ. Quomodo in Philoctetae versu cod. Vat. habere possit μῆποτ', ut refert Dorvillius ad Char. p. 565. (536. ed. Lips.) non video.

V. 960. Scholiastes: νῦν δ' ἄλλοισι δοῦς. νῦν δὲ ἄλλοις δοῦς τὰ κακὰ οἷς εἰκός, ἔκπλει, τὰ ἐμὰ ἐμοὶ δοῦς. Contorta est haec et quaesita explicatio. Wakefieldius, Gernhardus, Erfurdus, νῦν δ' ἄλλοις σε δοῦς, ad sensum bene, sed ut non

οἷς εἰκὸς, ἔκπλει, τὰ μὰ μοι μεθεῖς ὄπλα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δρωῶμεν, ἄνδρες;

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, τί δρᾶς;
οὐκ εἶ, μεθεῖς τὰ τόξα ταῦτ' ἐμοί, πάλιν; 975

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἶ μοι, τίς ἀνήρ; ἄρ' Ὀδυσσεῶς κλύω;

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

965 Ὀδυσσεῶς, σάφ' ἴσθ', ἐμοῦγ', ὄν εἰσορᾶς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἶ μοι· πέπραμαι καπόλωλ'. ὄδ' ἦν ἄρα

opus videatur ea mutatione. Musgravius δούς interpretatur cedens, allato illo Euripidis in Phoen. 21. ἡδονῇ δούς. Id probans Buttmannus, non ἐαυτόν, sed χώραν intelligi putat. Ego neutrum. Nam ea ipsa in huiusmodi formulis solet causa esse ellipseos, quod incertum quid atque infinitum animo obversatur. Sensum ita exprimas: nunc vero aliis id, quibus par est tribuens, vela da, meis mihi armis permissis. Id est, tribue id melioribus, ut mihi arma reddas. Sic etiam in Phoenissarum loco.

V. 963. Buttmannus coniicit πάλαι. Sed recte iam Brunckius πάλιν cum εἶ coniunxit. Bene Triclinius: μετανοήσας ὁ Νεοπτόλεμος ἤθελε δοῦναι τῷ Φιλοκτήτῃ τὰ ὄπλα αὐτοῦ· ἐλθὼν δὲ ὁ Ὀδυσσεύς, καὶ θεασάμενος αὐτόν, ταῦτά φησιν· οὐκ εἶ μεθεῖς τὰ τόξα ταῦτ' ἐμοί πάλιν. Scilicet quum in eo esset Neoptolemus, ut propius accedens ad Philoctetam porrigere ei arcum vellet repente ex latebra sua prorumpens Vlysses retrocedere eum iubet.

V. 966. De formula ἦν ἄρα vide Heindorfium ad Plat. Phaeton. p. 54.

ὁ ξυλλαβῶν με, κάπονοσφίσας ὄπλων.

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

ἔγῳ, σάφ' ἴσθ', οὐκ ἄλλος ὁμολογῶ τάδε. 980

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀπόδος, ἄφες μοι, παῖ, τὰ τόξα.

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

970 οὐδ' ἦν θέλη, δράσει πόντ'· ἀλλὰ καὶ σὲ δεῖ
στείχειν ἄμ' αὐτοῖς, ἢ βία στελοῦσί σε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔμ', ὦ κακῶν κάκιστε καὶ τολμηῆστατε,
οἷδ' ἐκ βίας ἄξουσιν;

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

ἦν μὴ ὄρησ ἐκῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

975 ὦ Λημνία χθῶν, καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας
Ἐφραιστίτευκτον, ταῦτα δῆτ' ἀνασχειᾶ,
εἴ μ' οὗτος ἐκ τῶν σῶν ἀπάξεται βία;

V. 968. Gravior est oratio sublata interpunctione post ἄλλος, quam nullam habent edd. Ald. et Col. Commate interpungitur in Brubachianis, colo in Iunt. priore et Triclinianis, quas sunt recentiores sequuti.

V. 970. Edd. Turn. Steph. δράσεις. Ald. Iuntinae, Col. δράσει. Iam Stephanus monuerat δράσει veram lectionem esse, eaque adnotata in calce ed. Turn. et reposita a Cantero.

V. 972. Tricliniani, Brunckius, Erfurdtius, τολμίστατε. Veteres libri τολμηῆστατε, i. e. τολμηῆστατε, quod restituit Buttmannus, quem vide in Gram. uberiore vol. I. p. 267. et Etym. M. p. 807, 5.

V. 976. Scholiastes: ἐκ τῶν σῶν. λείπει κόλ-

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

Ζεὺς ἔσθ' ἢν' εἰδῆς, Ζεὺς, ὃ τῆςδε γῆς κρατῶν,
Ζεὺς, ᾧ δέδοκται ταῦθ' ὑπηρετῶ δ' ἐγώ. 990

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ μῖσος, οἷα κἀξανευρίσκεῖς λέγειν·
980 θεοὺς προτείνων, τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθης.

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ ἄλλ' ἀληθεῖς. ἢ δ' ὁδὸς πορευτέα,

πων. Recte de inepta ista ellipsi iudicavit Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 228. Vide ad v. 960.

V. 979. Exspectet quis fortasse λέγων: sed infinitivo utitur, quia audendi significatio in verbo ἔξανευρίσκεῖς recondita latet.

V. 980. God. Ven. προτείνας. In edd. vett τοὺς ψευδεῖς, omisso θεοῦς. Tironibus non inutilis est hic locus ad cognoscendum usum articuli, cuius hoc est proprium, ut referatur ad rem iam indicatam: unde recte dicitur, θεοὺς προτείνων, τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθης non etiam, τοὺς θεοὺς προτείνων, θεοὺς ψευδεῖς τίθης. Caeterum libri τιθεῖς. Erfurdtius cum Porsono ad Phoen. 5. τίθης. Brunkius τιθεῖς, quod quam levi argumento probet Buttmanus, ex eius grammatica uberiore vol. I. p. 524. cognosci potest, ubi ne τιθεῖ quidem in Eurip. Cyclope v. 524. quod certissima emendatione a Porsono in τιθῆ mutatum est, suspectum habuit. Circumspectius ea de re sensit, quem affert Buttmanus, Matthiae in gr. Gr. §. 205. 1. not. Ad copulae omissionem in hoc versu conf. ad v. 928.

V. 981. Edd. Steph. Cant. et quae ex hac expressae sunt, ἢ δ' ὁδὸς πορευτέα. Id malebat Schaeferus ex coniectura, ut ἀποτομωτέως dictum. At quo tandem spectet, quae in his expressa est oppositio? Nihil sincerius caeterorum librorum scriptura ἢ δ' ὁδός.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐ φημί ἔγωγε.

ΟΛΤΣΣΕΥΣ.

φημί. πειστέον τάδε.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἷ μοι τάλας. ἡμᾶς μὲν ὡς δούλους σαφῶς 925
πατήρ ἄφ' ἐξέφυσεν, οὐδ' ἔλευθέρους.

ΟΛΤΣΣΕΥΣ.

985 οὐκ· ἀλλ' ὁμοίους τοῖς ἀρίστοισιν, μεθ' ὧν
Τροίαν σ' ἐλεῖν δεῖ καὶ κατασκάψαι βίβλ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδέποτε γ'· οὐδ' ἦν χοῆ με πᾶν παθεῖν κακόν,
ἕως ἂν ἦ μοι γῆς τόδ' αἰπεινὸν βᾶθρον. 1000

ΟΛΤΣΣΕΥΣ.

τί δ' ἐργασίεις;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

κρατ' ἐμὸν τόδ' αὐτίκα

990 πέτρα πέτρας ἄνωθεν αἰμάξω πεσῶν.

ΟΛΤΣΣΕΥΣ.

ξυλλάβετέ γ' αὐτόν· μὴ' πὶ τῷδ' ἔστω τάδε.

V. 984. In vett. edd. signum interrogandi huic versui adiectum, quod recte cum Triclinianis omissum in recentioribus. Docet id vel adverbium σαφῶς.

V. 985. Cod. Ven. ὁμοίως.

V. 987. Cod. Ven. qui hic omittit γ', addit id v. seq. ita, ἕως γ' ἂν ἦ. Οὐδέποτε unam vocem esse etiam numerorum caussa censet Elmsleins ad Eurip. Suppl. 158.

V. 990. Scholiastes: πέτρα πέτρας. πρὸς τῇ πέτρᾳ ἐναίμαξω τὴν κεφαλὴν μου, ἄνωθεν πεσῶν ἀπὸ πέτρας.

V. 991. Brunckius et Buttmanus cum libris v. tt. ξυλλάβετέ γ' αὐτόν. In cod. Ven. omissum γ'.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ χεῖρες, οἷα πάσχετ' ἐν χροῖα φίλης
 νευρᾶς, ὑπ' ἀνδρὸς τοῦδε συνθηρώμεναι. 1005
 ὦ μηδὲν ὑγιᾶς μηδ' ἐλεύθερον φρονῶν,
 995 οἷος μ' ὑπήλθες, ὡς μ' ἐθηράσω, λαβῶν
 πρόβλημα σαντοῦ παῖδα τόνδ' ἀγνώτ' ἐμοί,
 ἀνάξιον μὲν σοῦ, κατάξιον δ' ἐμοῦ,
 ὅς οὐδὲν ἤδη πλήν τὸ προσταχθὲν ποιεῖν, 1010
 δῆλος δὲ καὶ νῦν ἐστὶν ἀλγεινῶς φέρων
 1000 οἷς τ' αὐτὸς ἐξήμαρτεν, οἷς τ' ἐγὼ παθόν.
 ἀλλ' ἢ κακὴ σὴ διὰ μυχῶν βλέπουσ' ἀεὶ

In Triclinianis, ξυλλάβετε τοῦτον. De potestate particulae γε imperativo iunctae vide ad Viger. p. 826.

V. 993. Scholiastes: *συνθηρώμεναι, ἀλοῦσαι καὶ συλλαμβανόμεναι*. Recte monet Buttmanus, *συνθηρώμεναι* non esse ita intelligendum, quasi vincula iniecta sint, siquidem nec *συνδήσας* v. 1004. eo spectet, et v. 1043. ἄφετε dicat Vlysses, non λύσατε. Omninoque indignum hoc fuisset et Philocteta, et vero etiam Vlysse.

V. 994. Apud Suidam v. *ὑγιᾶς* legitur *φρονῶν*.

V. 995. In libris vett. et apud Suidam v. *ὑγιᾶς*, qui versus 994—997. affert, in cod. Leid. et antiquis edd. legitur *οἷά μ'*. Porsonus coniciebat *οἷως μ'*. Elegantior est Triclinianorum scriptura. Pro *ὡς μ'* Wakefieldius coniciebat *ὅς ἐμ'*. Id languidum est.

V. 997. Suidae edd. vett. et cod. Leid. omitunt *μὲν*.

V. 1001. Sic in Ai. 379. Vlysses, ὁ πάνθ' ὀρώων. Praeterea comparavit Musgravius Aeschyl. Suppl. 412. seqq. Philon. Ind. vol. II. p. 78. τὸν ἀεὶ βλέποντα καὶ ἐν μυχοῖς τῆς διανοίας. Et Platon. de Rep. VII. p. 695. B. (519. A. Steph.) ἢ οὐπω

ψυχῇ νιν ἀφρη τ' ὄντα, κούθ' ἔλουνθ', ὅμως
 εὖ προὔδίδαξεν ἐν κακοῖς εἶναι σοφόν. 1015 101

καὶ νῦν ἔμ', ὡς δύστηνε, συνδήσας, νοεῖς
 1005 ἄγειν ἀπ' ἀκτῆς τῆσδ', ἐν ἧ με προὔβαλον
 ἄφιλον, ἔρημον, ἄπολιν, ἐν ζῶσιν νεκρόν.
 φεῦ.

ὄλοιο· καὶ σοι πολλάκις τόδ' εὐξάμην.

ἐννενοήσας, τῶν λεγομένων πονηρῶν μὲν, σοφῶν
 δέ, ὡς δοιμὸν μὲν βλέπει τὸ ψυχῶσιον καὶ ὀξέως διορα
 πάντα ἐφ' ἃ τέτραπται, ὡς οὐ φαύλην ἔχον τὴν
 ὄψιν, κακία δ' ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν, ὥστε ὁσα
 ἀν' ὀξύτερον βλέπῃ, τοσοῦτω πλείω κακὰ ἐργαζό
 μενον;

V. 1002. Scholiastes: ἀφρη τ' ὄντα. ἀκαζον
 ἀπὸ φύσεως. I. e. simplicem, non vafro praeditum
 ingenio.

V. 1004. Tricliniani καὶ νῦν δέ μ', quos hic ta
 cens, sed recte deseruit Buttmanus. Nam in illa
 locutione καὶ est etiam. Atqui hic non novum
 quid adiicitur, sed augetur id, de quo sermo est.
 Distinctionem, quam libri habent post συνδήσας,
 deleuit Buttmanus, ita censens verba esse con
 struenda: καὶ νῦν νοεῖς συνδήσας ἔμ' ἄγειν. Non
 intercedam, quò minus quis ita construat: sed ta
 men simplicior est ideoque veri similior illa, quam
 libri indicant, constructio. Moverat Buttmanum
 illud, quod, ut ad v. 993. dictum est, non viden
 tur vincula Philoctetae esse iniecta. At ne vulgata
 quidem distinctio vinctum cogitari postulat. Est
 enim συνδήσας de conatu et voluntate ligandi in
 telligendum. Nam Philoctetes, ira incensus, gra
 viore verbo utitur, quumque nunc manibus tan
 tum satellitum reprehensus teneatur, ita loquitur,
 ac si iam sibi etiam vincula sint iniecturi. De illo
 significato verborum dictum ad Ai. 1105.

V. 1008. Erfurdtius e Wakefieldii coniectura
 καίτοι, quam probat Doederlinus, et optimam vo-

- ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲν θεοὶ νέμουσιν ἡδύ μοι, 1020
 1010 σὺ μὲν γέγηθας ζῶν, ἐγὼ δ' ἀλγύνομαι
 τοῦτ' αὐθ', ὅτι ζῶ σὺν κακοῖς πολλοῖς τάλας,
 γελῶμενος πρὸς σοῦ τε καὶ τῶν Ἀτρέως
 δισσῶν στρατηγῶν, οἷς σὺ ταῦθ' ὑπηρετεῖς.
 καίτοι σὺ μὲν κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεῖς 1025
 1015 ἔπλεις ἄμ' αὐτοῖς· ἐμὲ δὲ τὸν πανάθλιον
 ἐκόντα πλεύσανθ' ἑπτὰ ναυσὶ ναυβάτην,
 ἄτιμον ἔβαλον, ὡς σὺ φῆς, κεῖνοι δὲ σέ.
 καὶ νῦν τί μ' ἄγετε; τί μ' ἀπάγεσθε; τοῦ χάριν;

cat Buttmannus. Non malam dicere ego quidem malim. Nam librorum scriptura ad sensum fortior est.

V. 1012. Tricliniani πρὸς σοῦ γε. Τῶν Ἀτρέως δισσῶν στρατηγῶν similiter dictum ut supra v. 931. τοῦ Ζηρός Ἡρακλέους. Neque enim recte post Ἀτρέως distinxeris. Pro δισσῶν Tricliniani διπλῶν.

V. 1014. Scholiastes: κλοπῇ τε κἀνάγκῃ. καὶ Ὀμηρος κλέπτε νόφ. ζυγεῖς. ὑποταγεῖς. ὁ δὲ νοῦς· καίτοι σὺ μὲν ἀναγκασθεὶς στρατεύῃ. προσποιούμενον γὰρ αὐτὸν μαινέσθαι, Παλαμῆδης ἤλεγξεν. Id narratum fuisse in carminibus Cypriis a Proclo accepimus. Κλοπή fallacia a Palamede inventa intelligitur.

V. 1016. Male Bruuckius et Erfurdcius ante ἑπτὰ distinxerunt, quasi septem navium numero gloria-retur Philoctetes. At duodecim navibus praeerat Vlysses, ut ineptum sit, minorem numerum iactari.

V. 1017. Scholiastes: ὡς σὺ φῆς. οἱ Ἀτρεῖ-δαί με ἐξέβαλον, ὡς σὺ λέγεις. κεῖνοι δὲ σέ. οἱ δὲ σέ φασιν. σὺ μὲν φησὶν ἐκείνους αἰτιᾶ, ἐκείνοι δὲ σέ. Itaque non opus Gernhardi coniectura, quam recepit Erfurdcius, ὡς σὺ φῆς, κεῖνοι· σὺ δέ, quae ne elegans quidem est.

V. 1018. Turn. τί ἀπάγεσθε. Steph. τί ἀπάγετε.

- ὃς οὐδέν εἰμι, καὶ τέθνηχ' ὑμῖν πάλαι. 1030
 1020 πῶς, ὦ θεοῖς ἔχθιστε, νῦν οὐκ εἰμί σοι
 χαλός, δυσώδης; πῶς θεοῖς εὖξεσθ', ἐμοῦ
 πλεύσαντος, αἰθεῖν ἱερά; πῶς σπένδειν ἔτι;
 αὕτη γὰρ ἦν σοι πρόφασις ἐκβαλεῖν ἐμέ.
 κακῶς ὄλοισθ'. ὄλεισθε δ', ἡδίκηκότες 1035
 1025 τὸν ἄνδρα τόνδε, θεοῖσιν εἰ δίκης μέλει.

Cant. τί μ' ἀπάγετε. Vera scriptura in vett. libris est.

V. 1021. Libri omnes εὖξεσθ'. Brunckius male edidit ἔξεσθ', id ut significet δυνήσεσθε. Melius ad linguae leges Wakefieldius ἔξεις. Gernhardus, ποῖα θεοῖς εὖξεσθ' ἐμοῦ πλεύσαντος αἰθεῖν ἱερά. Sic in eius libro scriptum: sed Erfurdinus eius coniecturam sic retulit, ut ὄμοῦ poneret pro ἐμοῦ, unde id Gernhardo tribuunt Martinus et Buttmannus. Piersonus ἔξεσθ' et κλεύσαντος, hoc posterius quidem pessime, coniecit in Veris. p. 163. *Ἐξεσθι valde probabile videtur Buttmanno, qui tamen, ut vulgatae origo appareat, scribendum putat ἔξεσθ' ὄμοῦ, i. e. ἔξεσται, quod praestare praesenti putat, duplici errore: nam neque elisam hoc modo diphthongium tueri poterit, neque animadvertit longe fortius esse praesens, praesertim praegresso praesente εἰμί. Librorum scripturam tuetur Vauvillersius ea ratione, qua sola defendi potest, ut εὖξεσθε sit gloria bimini. Nec profecto est, quod in ea explicatione reprehendi possit. Ἐμοῦ πλεύσαντος autem etiam rectius dictum, quam ὄμοῦ. Nam sive una cum illis, sive sine illis ad Troiam venisset, dum venisset modo, sacra impediri morbo eius necesse erat. Neque enim de faciendis in itinere sacris sermonem esse, aoristi participium ostendit: deberet enim praesentis esse.

V. 1024. Libri ὄλοισθε δ'. Id recte a Brunckio in futurum mutatum esse, res ipsa docet.

ἔξοιδα δ' ὡς μέλει γ'· ἐπεὶ οὔ ποτ' ἂν στόλον
 ἐπλεύσαι' ἂν τόνδ' οὔνεκ' ἀνδρὸς ἀθλίου,
 εἰ μὴ τι κέντρον θεῖον ἦγ' ὑμᾶς ἐμοῦ.
 ἀλλ' ὦ πατρώα γῆ, θεοὶ τ' ἐπόψιοι, 1040
 1030 τίσασθε, τίσασθ' ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτὲ
 ξόμπαντας αὐτούς, εἴ τι καμ' οἰκτείρετε.

V. 1026. Turn. Steph. cum edd. vett. ἔξοιδά γ' ὡς μέλει γ'. Cod. Harl. ἔξοιδά τ'. Primus Canterus recte recepit scripturam in calce ed. Turn. adnotatam, ἔξοιδα δ'. De particula γε in verbis μέλει γε, quae Germanicis ehen vel gerade respondet, vide ad Viger. p. 826. Deinde Tricliniani ἐπεὶ οὔτ' ἂν στόλον, quae videtur inepta esse correctio Triclinii, nescientis ἐπεὶ οὐ in pronunciando coalescere. Buttmannus, „quamvis,“ inquit, „iterati ἂν multa sint ubique exempla, hic tamen inter οὔ ποτε στόλον male sedulam manum non immerito videor suspicari.“ Cur vero? Num quia metrum etiam sine isto ἂν salvum est? Tum nimis profecto male sedula fuisset manus, quae addidisset, quod nemo desideraret. An quia omissa oratio melius elegantiusve procedat? Id vero facilius, qui secus esse, quam qui esse ita demonstrat, repertum iri arbitror.

V. 1028. Iure Buttmannus reprehendit Brunckium, qui commate post ὑμᾶς posito, ἐμοῦ cum ἀνδρὸς ἀθλίου iunxerit, probatque Gedikium et Wakefieldium, qui κέντρον ἐμοῦ coniungenda videntur. Nam θεῖον κέντρον ἐμοῦ, si sensum spectes, est, divinitus immissum mei desiderium.

V. 1031. Recte Buttmannus Schaeferum sequutus est, plene interpungentem post οἰκτείρετε. Et sic iam prius a Groddeckio interpunctum. Pessimè Brunckius vertit: si quid mei miseremini, qui miserabilem vitam ago. Ὡς est nam.

ὡς ζῶ μὲν οἰκτρῶς· εἰ δ' ἴδοιμ' ὀλωλότας
τούτους, δοκοῖμ' ἂν τῆς νόσου πεφευγένοι.

ΧΟΡΟΣ.

1035 βαρῦς τε, καὶ βαρεῖαν ὁ ξένος φάτιν 1045
τιήνδ' εἶπ', Ὀδυσσεῦ, κούχ ὑπέικουσαν κακοῖς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πόλλ' ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ' ἔπη,
εἴ μοι παρείκοι· νῦν δ' ἐνὸς κρατῶ λόγον.
οὐ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ·
χῶπου δικαίων κάγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις, 1050
1040 οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδέν' εὐσεβῆ.
νικᾶν γε μέντοι πανταχοῦ χορήζων ἔφην,

V. 1033. Τῆς νόσου πεφευγένοι mihi quidem ita dictum videtur, ut sit habere morbi effugium. Innumerabilia enim a Graecis aperte ad istum modum dicta sunt. Buttmanno videtur illo genitivo motus e loco designari, quod aliis in formulis facile concedam. Recte vero ille contradicit iis, quae ad Electram v. 617. de verbis θράσους τοῦδ' οὐκ ἀλύξεις a me scripta sunt: sed etiam quam ipse in medium affert explicationem nemo non fatebitur impeditissimam esse. Iste quidem genitivus causae index est, cui vulgo ellipsis voculae ἔνεκα adhibent.

V. 1037. Scholiastes: εἴ μοι παρείκει. εἰ καιρὸς ἐπιτρέψει μοι. Est is sane horum verborum sensus, nisi quod non est καιρός, sed infinita notio praesentis rei intelligenda. Moschopulus in Dictt. Att v. παρείκη, derivans hoc verbum ab ἔημι, sine nomine auctoris affert ὅποι παρείκοι.

V. 1041. Scholiastes: χορήζων ἔφην. γράφεται κρείσσων. Hanc scripturam Buttmannus non aptam esse iudicat, quia sequatur πλὴν εἰς σέ· non enim illud dicere Vlysem, se non posse, sed nolle Philocteta superiorem esse. Propter

πλήν εἰς σέ· νῦν δὲ σοὶ γ' ἐκὼν ἐκστήσομαι.

hanc quidem caussam non damnaverim illam lectionem. Neque enim necesse est ut sic intelligatur: ubique sum fortior ad vincendum, sed quod ad te attinet, non sum fortior: quum possit etiam sic accipi illud *πλήν εἰς σέ*, sed quod ad te attinet, non vincam. Saepe enim *πλήν* sic usurpatur, ut quid addatur negligentius et quasi obiter. Nec magis, si tam severe exigas, cum *χοήζων*, quam cum *κρείσσων* convenit. Nam utrumvis verba illa sic intelligi postulat: sed quod ad te attinet, exceptionem faciam. Ac debebat Vlysses sic pergere, *σοὶ γὰρ νῦν ἐκὼν ἐκστήσομαι*: sed quoniam haec ita profert, ut ad *πανταχοῦ* respiciat; huic vocabulo accomodat oppositionem, ita tamen, ut *σοὶ* erigat addito *γέ*: *νῦν δὲ σοὶ γ' ἐκὼν ἐκστήσομαι*. Sed nihil caussae est cur *χοήζων* mutetur, praesertim quum *κρείσσων* ex ea scriptura videatur sola pronunciationis ambiguitate ortum esse. Sed illud *χοήζων* Buttmannus cum *ἔφην* construit, ut ex eo participio pendeat infinitivus *νικᾶν*. Quod ego non recte factum puto, quia, praeterquam quod perrara est ea constructio verbi *φῦναι*, ne sensum quidem praebet satis aptum. Nam quod ait Buttmannus, *χοήζων ἔφην* maius quid esse simplici *χοήζω*, quid aliud est istud, quod mains dicit, quam natura cupio? Vt in Xenophonteo Symposio 4, 54. *νῆ τὴν Ἥραν, ἔφη ὁ Σωκράτης, εὐτύχημά γέ σου μέγα τὸ τὸν χοῶτα τοιοῦτον φῦναι ἔχοντα, ὥστε μόνον μὴ διαφθεῖρειν τοὺς συγκαθεύδοντας*. At vix invenietur, qui non natura cupiat vincere: quod contra pauci reperiantur, qui iis sint a natura virtutibus praediti, ut re vera, ubi velint, vincant. Quare construendum potius, *ἔφην νικᾶν, χοήζων*: soleo ego vincere, ubi volo. Mirum vero, quod ipse Buttmannus locum huic faventem interpretationi

- ἄφετε γὰρ αὐτὸν, μηδὲ προσψαύσητ' ἔτι.
 ἔατε μίμνειν. οὐδέ σου προσχρήσομεν, 1055
 1045 τὰ γ' ὄπλ' ἔχοντες ταῦτ'· ἐπεὶ παρέστι μὲν
 Τεῦκρος παρ' ἡμῖν, τήνδ' ἐπιστήμην ἔχων,
 ἐγὼ δ', ὃς οἶμαι σοῦ κάμιον οὐδὲν ἂν
 τούτων κρατύνειν, μηδ' ἐπιθύνειν χειρί.
 τί δῆτα σοῦ δεῖ; χαῖρε τὴν Ἀἴμον πατῶν. 1060
 1050 ἡμεῖς δ' ἴωμεν. καὶ τὰχ' ἂν τὸ σὸν γέρας
 τιμὴν ἐμοὶ νείμειεν, ἣν σ' ἐχορὴν ἔχειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οἷ μοι· τί δράσω δύσμορος; σὺ τοῖς ἐμοῖς
 ὄπλοισι κοσμηθεὶς ἐν Ἀργείοις φανεῖ;

ΟΛΥΣΣΕΤΣ.

μὴ μ' ἀντιφῶναι μηδέν, ὡς στείχοντα δῆ. 1065

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

- 1055 ὦ σπέρομ' Ἀχιλλέως, οὐδὲ σοῦ φωνῆς ἔτι
 γενήσομαι προσφθεγκτός, ἀλλ' οὕτως ἄπει;

confert, v. 88. ἔφην γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράσσειν κακῆς.

V. 1043. In calce ed. Turn. adnotata alia scriptura, μηδὲ προσψαύσητέ τι.

V. 1047. Quum dixisset ἐπεὶ παρέστι μὲν Τεῦκρος, sequi debebat πάρειμι δὲ ἐγώ. Sed dicit ἐγὼ τε, modestius, ut si supra non posuisset μὲν, sed Teucrum κατ' ἐξοχὴν nominasset.

V. 1048. Tacent interpretes de verbis μηδ' ἐπιθύνειν χειρί, in quibus quis non οὐδὲ potius, quam μηδέ exspectet, quum praegresso οὐδὲ particula μὴ non repetitionem eius negationis, sed oppositam ei aliam negationem indicare soleat, ut si his verbis diceretur, et non aberrare a scopo. Itaque sic est illud μὴ accipiendum, ut dubitanter negando affirmet: qui mihi videor neque tractaturus haec arma esse im-

ΟΛΤΣΣΕΥΣ.

χώρει σύ· μὴ πρόςλευσσε, γενναῖός περ ὦν,
ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἦ καὶ πρὸς ὑμῶν ᾧδ' ἔρημος, ᾧ ξένοι, 1070
1060 λειφθήσομ' ἤδη, κούκ ἐποικτερεῖτέ μέ;

ΧΟΡΟΣ.

οὐδ' ἐστὶν ἡμῶν ναυκράτωρ ὁ παῖς· ὅσ' ἂν
οὗτος λέγῃ σοι, ταῦτά σοι γῆμεις φαιμέν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀκούσομαι μὲν ὡς ἔφην οἴκτου πλέως
πρὸς τοῦδ'· ὅμως δὲ μείναι, εἰ τούτῳ δοκεῖ, 1075
1065 χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον τὰ τ' ἐκ νεῶς

peritius, neque hercle iis collineaturus. Vide ad v. 706.

V. 1060. Erfurdlius, Wakefieldium sequuntur, λειφθήσομαι δῆ. Vide eum in ed. mai. Aiacis ad v. 190. Non ubique equidem elisionem diphthongi defendam, sed hic eam nolim sine librorum auctoritate removeri. Nam minus suaviter ad aures accidit λειφθήσομαι cum ictu in ultima ante caesuram. Diversum hoc est a simili trimetri initio v. 1063. in quo non bene interpungunt recentiores editores post ἀκούσομαι μὲν. Nisi ea interpunctione non pronounciationem, sed constructionem illorum verborum cum his, πρὸς τοῦδ', indicare voluerunt.

V. 1063. Scholiastes: τὸ ἐξῆς· ἀκούσομαι πρὸς τοῦδε, ὡς εἰμι οἴκτου μεστός. οἶον, καταγνωσθήσομαι ὡς ἦττων οἴκτου. Vide ad v. 1060.

V. 1064. Εἰ τούτῳ δοκεῖ, Philoctetae, si non adducitur, ut abeat nobiscum.

V. 1065. Scholiastes: τὰ τ' ἐκ νεῶς. τὰ ἐπὶ τῆς νεῶς. Buttmanus quo argumento quae ad navem apparandam pertinent, nautica instrumen-

στείλωσι ναῦται, καὶ θεοῖς εὐξώμεθα.
 χούτος τάχ' ἂν φρόνησιν ἐν τούτῳ λάβοι
 λώω τιν' ἡμῖν. νῶ μὲν οὖν ὀρμώμεθον.
 ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὀρμαῖσθαι ταχεῖς. 1080

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

στροφὴ α΄.

1070

ᾧ κοίλας πέτρας γύαλον
 θερμόν καὶ παγετῶδες, ὡς σ΄
 οὐκ ἔμελλον ἄρ', ὦ τάλας,
 λείψειν οὐδέποτ', ἀλλὰ μοι
 καὶ θνήσκοντι συνοίσει,

1085

ta, intelligi velit, non dixit. Nempe satis levem auctorem, Wakefieldium, sequutus est. Recte vidit Matthaei, *στέλλειν τὰ ἐκ νεῶς* esse, parare ea, quae e navī in terram asportata nunc rursus ei imponenda sint: apteque affert Matthiae gr. Gr. §. 596.

V. 1068. De Elmsleii sententia, *ὀρμώμεθα* scribi iubentis, dictum ad Electr. 958.

V. 1070. Eustathius p. 526, 40, 944, 24. (598, 52. 919, 41.) habet, ὦ κοίλης πέτρας γύαλον.

V. 1071. Libri *θερμόν τε καὶ παγετῶδες*, neque aliter affert Elmsleius ad Med. 1321. Buttmanus ita scribit: „Erfurdcius metri caussa omittit copulum *τέ*, qua tamen linguae ratio carere non potest.“ Vellem aperuisset, quae illa sit, quam dicit, linguae ratio, de qua ego quidem nihil me umquam inaudivisse fateor. Nec profecto Sophocles, qui scripserit etiam in Oed. R. 1082. οἱ δὲ συγγενεῖς μῆνές με μικρόν καὶ μέγαν διώρισαν. Quin iam in calce ed Turn. adnotata illa scriptura, *θερμόν καὶ παγετῶδες*. Ad hunc versum spectat hoc in Bekkeri Anecd. p. 58, 15. *παγετῶδες, καὶ ψυχρόν*.

V. 1074. Scholiastes: ἀλλὰ μοι καὶ θνήσκοντι συνοίση. ἀντὶ τοῦ καὶ ἀπολλυμένῳ μοι

1075

οἷ μοί μοί μοι.

ὦ πληρέστατον αὔλιον

λύπας τὰς ἀπ' ἐμοῦ τάλαν,

τί ποτ' αὖ μοι τὸ κατ' ἡμᾶρ

σύμφορον ἔση καὶ ὠφέλιμον, καὶ δέξῃ με ἀποθανόντα. ἢ οὕτω. σὺν ἐμοὶ ἔση καὶ ὄψει με ἀποθανόντα, καὶ οὐ καταλείψεις με. Elmsleius coniecit ad Heracl. 919. et Med. 1321. ubi etiam θνάσκοντι, non recte, scribit. Συνείσει manifesto legendum pronunciat etiam Dobraeus in Aristoph. p. (30.) b. Schaeferus ad Theocr. epigr. VII. 2. vulgatam tuetur, probans scholiastae interpretationem σὺν ἐμοὶ ἔση, et θνήσκοντι pro θανόντι accipiens, comparansque Agathiae epigr. LVIII. 3. τὰ γὰρ κενὰ κύδεα φωτῶν ψυχαῖς οἰχομένων οὐ μάλα συμφέρεται. Haec ille quam facile Buttmano persuasit, tam aegre mihi persuadebit, qui neque apud Agathiam συμφέρεται idem quod συνέσεται esse, neque Sophoclem aut θνήσκοντι pro θανόντι dixisse, aut συνόσει, quod est congregieris, in significatum a verbi illius non minus quam ab huius loci ratione alienum detorsisse credam. Quae Buttmano languidior visa est Elmsleii coniectura, nec languidi quidquam habet, et perelegans est. Non putavi tamen mutandam esse librorum scripturam, quum ipsa quoque, si recte intelligatur, defendi possit. Nam συμφέρεσθαι quum etiam convenire, congruere, significet, id quod ostendit ad Heraclidas Elmsleius, recte videtur Sophocles, qui praesertim exquisitiora amet, dixisse, etiam morienti mihi convenies: quod est, aptum eris adque idoneum.

V. 1078. Brunckius e cod. B. τί ποτ' αὖ μοι. Caeteri libri omnes et scholiastes, τί ποτ' αὖ μοι. Buttmannus, mihi, inquit, αὖ hoc loco, ubi mutatus rerum status indicandus est, tantum non

1080 ἔσται; τοῦ ποτὲ τεύξομαι
 σιτονόμου μέλεος πόθεν ἐλπίδος;

1090

necessarium videtur. Nimum festinabat vir praestantissimus, quum ista scriberet. Nam *αὐ* ubi mutatum rerum statum indicat, contra significat: hic vero est iterum, tantumque abest ut mutatam, ut potius non mutatam Philoctetae conditionem designet. Speraverat enim, inventis qui eum servarent, iam non amplius necesse sibi fore, venandis avibus victum quaerere: quam in necessitatem nunc se recidisse videt. Vide v. 940. Wunderus p. 44. male coniecit *τί αὐ*, ut metrum exaequaret versui antistrophico. Neque enim si *τί ἔστιν*, aut *τί εἶπας*, aut *τί οὖν* dixerunt tragici, continuo etiam *τί αὐ* iis obtrudi potest. Erfurd-tius dedit *πόθεν μοι*, ut ego olim conieceram. Sed si quid mutandum, malim *τί ποτέ μοι*. Quamquam librorum scripturam ita bonam aptamque huic loco esse fatendum est, ut nullo modo tentanda videatur. Itaque aut sumpsit hoc sibi recentior tragoedia, ut in basi Glyconeorum anapaestum iambo opponeret, de qua re vide Elem. d. m. p. 538. aut aliquid vitii latet in versu antistrophico.

V. 1080. Libri et scholiastes signo interrogandi post μέλεος distinguunt. Scholiastes: *σιτονόμου. σῖτον νέμοντος, τροφέως. τοῦ ποτὲ τεύξομαι.* (pro his ponendum *πόθεν ἐλπίδος.*) ἀπὸ ποίας ἐλπίδος. Docte hoc: qua spe: et nescio an rectius, quam si quis construat *πόθεν τεύξομαι ἐλπίδος.* Sed qui vel leviter gustaverit Graecam poesin, non dubitabit, quin *σιτονόμου ἐλπίδος* coniungi debeant. Idque iam olim apud Erfurdium indicavi, sed non debebam *πόθεν* in *ποθεν* mutare. Duae enim in unam coniunctae sunt interrogationes, de quo genere dicendi v. ad Antig. 2.

Soph. Vol. VI.

N

εἴθ', αἰθέρος ἄνω

V. 1081. Libri, εἴθ' αἰθέρος ἄνω πτωκάδες
 ὀξύτονον διὰ πνεύματος ἔλωσί μ'. οὐ γὰρ ἔτ' ἰσχύω.
 Scholiastes: εἴθ' αἰθέρος ἄνω. τὸ ἐξῆς· εἴθε
 αἰθέρος ἄνω ἔλωσί με ὀξύτονοι δρομάδες διὰ πνεύμα-
 τος. τινὲς δὲ οὕτω. μετὰ ὀξύτονον πνεύματος ἔλωσί
 με. ὀξύτονον δὲ λέγει πνεῦμα ἀπὸ τοῦ ὀξύτονος βοᾶν.
 γράφεται δρομάδες, αἱ καταγίδες. τινὲς δὲ πτω-
 χάδες, ἵνα τὰς Ἀρπυίας σημαίνωσι, διὰ τὸ αἰ-
 πεινῆν. πτωκάδες. γράφεται πτωκάδες. πρω-
 τάδες. πτωχάδες. δρομάδες. αἱ Ἀρπυιαί,
 ἐπιθετικῶς, διὰ τὸ ἐπεμπίπτειν, ἢ διὰ τὴν φωνήν·
 (scribe φωνήν.) εἰ δὲ γράφεται πτωχάδες,
 αἱ αἰ πεινώσαι· τοῦτο γὰρ πάσχουσιν οἱ πτωχοί.
 Ad prostema poetae verba pertinet, quod in scholiis
 ad v. 1089. Br. relatum legitur: οὐ γὰρ ἐπικρατῶ
 ἔμαντόν· (scribe, οὐ γὰρ ἔτι κρατῶ ἔμαντοῦ.) ἢ οὐ
 γὰρ ἔτι ἔχω ἐλπίδα. His confirmatur Heathii con-
 iectura, quam Brunckius recepit, οὐ γὰρ ἔτ' ἰσχύω.
 Laborat hic locus, sive metrum, sive significatio-
 nem verborum, sive constructionem, sive senten-
 tiam spectes. Quod ad metrum attinet, elegan-
 tissimo quem antistropha habet dochmiaco oppo-
 situs est hic versus, εἴθ' αἰθέρος ἄνω, qui etsi non
 repugnat metro dochmiaco, tamen hic nullo pacto
 ferendus est: primam enim syllabam hic quidem
 brevem esse oportebat. Magis etiam illa, οὐ γὰρ
 ἔτ' ἰσχύω, etiam si ἰσχύω scribas, metro adversan-
 tur. Tum quid est πτωκάδων appellatione intelli-
 gendum? Harpyiae, inquiunt, a scholiasta de-
 cepti. At eas sive quis πτωκάδας, sive, ut Gedi-
 kius, πλωτάδας, sive, ut Brunckius et Porsonus
 apud Kiddium p. 220. πλωτάδας, sive, ut I. H. Vos-
 sius in Epistt. mythol. vol. I. p. 211. seqq. πτωτάδας
 dici volet, omnia ista aequae inepta erunt, quia
 nullum horum nominum Harpyias significare pot-
 est, nisi aut nomen Harpyiarum ipsum, aut ali-
 quid aliud, quod in solas Harpyias quadret, adii-

πτωκάδες ὄξυτόνου διὰ πνεύματος

ciatur. Porro constructio verborum soloeca est. Nam etsi etiam in duobus apud Euripidem locis εἶθε coniunctivo iunctum reperitur, quam constructionem in Elem. d. m. p. 534. seq. si certa sint et incorrupta illa exempla, quodammodo explicari posse demonstravi: tamen multo veri similis atque adeo certum videtur, tam impeditis aperteque corruptis exemplis nihil tribuendum esse. Et ita indicavit Matthiae ad Eurip. Hec. 424. cuius circumspectum iudicium velim imitatus esset Buttmanus, qui quum alias vel de certissimis doctorumque omnium consensu approbatis dubitare soleat, hanc constructionem tribus istis exemplis extra omnem suspicionis ansam putat positam esse. At in Eurip. Hel. 269. scribe: εἶθ' ἐξαλειφθεῖς ὡς ἀγάλμ' αὐθις πάλιν ἀσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λαβόν. In eiusdem Suppl. autem v. 1026. nescio an scribendum sit, ἐνθ' οὐ μὴ τινες εὐναὶ δικαίων ὑμεναίων ἐν Ἀργεὶ φανῶσιν τέκνοισιν, ὅσοις ἐστὶν εὐναῖος γαμέτας συντηχθεὶς αὐραῖς ἀδόλοις γενναῖας ἀλόχῳ ψυχᾷς. Obiter moneo, quae Buttmanus ad defendendam eo loco vitiosam lectionem ὅσος δ' εὐναῖος γαμέτας commentus est, dictionem praebere plane non Graecam. Vt redeam ad πτωκάδας, eo nomine Buttmanus, quia a πτώσσω, πέπτωκα formatum sit, motum qui deorsum fiat iudicari ait: recte sane, modo ne id ad vulturum et accipitrum in praedam desuper irruentium impetus retulisset, quae ratio immane quantum a sensu Graecorum usuque linguae abhorret. Quis enim unquam in verbo πτώσσειν impetum potius violenter irruentis, quam fugientis irruentem et latebras quaerentis pavorem cogitavit? Vnde leporem, timidissimum animal, πτώκα dici, et πτωκάζειν, verbum nomini πτωκᾶς maxime cognatum, de paventibus usurpari constat. Ne multa, πτωκάδας nihil nisi aut pavidas, aut, si participii loco ponatur,

ἔλωσί μ'. οὐκ ἔτ' ἴσχω.

aufugientes significare, nemo dubitabit, qui vel originem nominis, vel haec verba Photii consideraverit: πτώνα, δειλόν· (fortasse ex Aeschylō, qui fugientem furias Orestem ita appellavit in Eum. 327.) καὶ πτώνας, δορκάδας, ἢ ἐλάφων νεβρούς, ἢ λαγωούς. Nihil vero impedit, quin, ut masculinum πτώνας designandis variis timidarum bestiarum generibus adhibitum est, ita etiam femininum, intellecto ὄρνιθες, de avibus, quo genere nihil fugacius est, usurpatum credamus. Non enim nisi de avibus sermonem esse, quum verba ipsa prodant, tum ex eo cognoscitur, quod de victu suo hic loquitur Philoctetes. Illud vero, quod critico hic agendum est, pene aenigmatis speciem habet. Invenienda est enim emendatio, quae non modo soloecum illud metroque repugnans εἶθε removeat, in postremisque verbis aut γὰρ aut ἔτι commode omitti patiatur, sed etiam talis sit, ut unde scholiastes optationem in hoc loco commentus sit appareat. Ea consequimur omnia, si deleta una littera scribimus ἔθ' imperativum: quo facto recte deinde eiicietur γὰρ, additum illud ab interpretibus, ut supra v. 434. in cod. Leid. Suidae. Ἐλωσί coniunctivus est deliberativus, sive eum mavis interrogativum appellare, qui solet cum imperativis coniungi: de qua constructione dixi in diss. de ellipsi et pleonasmō p. 182. seq. Exempla ex tragicis vide apud Elmsleium ad Heracl. 559. et ad Med. 1242. Obiiciat quis forsitan, exempla illa omnia primam habere coniunctivi personam: quam propriam esse in deliberando ostendi illo quem dixi loco. Et profecto est ita: sed invertitur interdum illa dicendi forma, ut etiam secunda ac tertia persona in verbo sit, dum modo sententia ad primam redeat. Demosth. pro corona 38. p. 268, 27. ed. Reisk. ἤδη δ' ἐπὶ ταῦτα πορεύ-

ΧΟΡΟΣ.

στροφῆ β'.

σύ τοι, σύ τοι κατηξίω-
σας, ὦ βαρύνοιμε, κούη ἄλλοθεν,

1085

σομαι, τοσοῦτον αὐτὸν ἐρωτήσας· πότερόν σε τίς,
Αἰσχίνῃ, τῆς πόλεως ἐχθρόν, ἢ ἐμὸν εἶναι φῆ;
Idem in Androtonem p. 613, 3. εἶτα ταῦθ' οὗτοι
πεισθῶσιν ὑπὲρ αὐτῶν σε ποιεῖν, καὶ τῆς σῆς ἀναι-
σχυντίας καὶ πονηρίας ἔργα ἐφ' ἑαυτοὺς ἀναδέξων-
ται; Quo tamen loco etiam alia scriptura, πει-
σθήσονται et ἀναδέξονται, in quibusdam libris in-
venitur. Recte vero se habet coniunctivus, cuius
hic sensus est: εἶτα ταῦτα τούτους πεισθῆναι φῶ-
μεν; Ita igitur etiam Sophocles, ἴθι ἔλωσί με πτω-
κάδες pro ἴθι αἰρεθῶ ὑπὸ πτωκάδων. Sensus est;
age, per altum aetherem fugaces stri-
dentibus auris aves me capiant: non
amplius prohibeo. Ὁξύτονον πνεῦμα de stri-
dore per auras ruentium dictum esse ostendunt
ὀξύτονοι ῥῆσαι in Aiace v. 650. et ὀξύτονοι γόοι in
Electra v. 244. Iam, opinor, et unde corruptio
nata sit intelligi poterit, et cur scholiastae, ubi
semel εἴθε scriptum erat, de optatione cogitaverint,
apparebit; denique etiam apertum erit, non tan-
tum recte, sed etiam graviter omitti, quod inter-
pretes addiderant, γὰρ.

V. 1084. Κατηξίωσας est decrevisti. Aeschylus Ag. 581. καὶ πολλὰ χείρειν συμφοραῖς καταξιώ.

V. 1085. Vulgo plene ὦ βαρύνοιμε. Apostrophum adhibuit Erfurdtius, qui praeterea nihil in hac strophæ metra putans corrupta esse. Seidlerus in libro de verss. dochm. p. 48. quae non respondere sibi videbantur in tres dochmios, sed eos tales redegit, quales certo hic non fecit Sophocles. Porro libri veteres; οὐκ ἄλλοθεν ἔχη τύχα τῶδ' ἀπὸ μείζονος. Edd. Col. et Viteb. τύχα τῆδ'.

ἀλλ' ἐνέχει τύχα ᾧδ' ἀπὸ μείζονος
εὐτέ γε παρὸν φρονῆσαι,

τύχα τᾶδ'. Vt facile correctorem agnoscas. Scholiastes: σὺ σαυτῶ περιεποίησας τὴν νόσον. σὺ σαυτῶ τοῦτων πρόξενος γέγονας, ᾧ δυστυχίστατε. σὺ σαυτῶ κατηξίωσας, καὶ οὐκ ἀπὸ τινος ταύτη τῇ τύχῃ ἐνέχη, ἢ συνέχη ἀπὸ μείζονος σοῦ. διὸ μηδένα ἄλλον αἰτιῶ, ἀλλὰ σαυτόν. ἐξῆν γάρ σοι ἀκολουθήσαντι, τὰ κακὰ διαφυγεῖν. Triclinius ita: καὶ οὐκ ἀπὸ τινος ταύτη τῇ τύχῃ ἐνέχη μείζονός σου' ut videatur scholiastae verba sic, ut edita sunt, legisse. De sensu loci, quod facillimum est, tacent interpretes, nisi quod Musgravius ἀπὸ μείζονος pro ἀπὸ δυνατωτέρου dictum putat. Perinutile vero hoc additamentum, ubi satis erat οὐκ ἄλλοθεν. Nam ipsi Philoctetae alius erat opponendus, sive is potentior, sive minus potens esset. Itaque vereor ne scholiastes sic potius scripserit: καὶ οὐκ ἀπὸ τινος ἄλλον ταύτη τῇ τύχῃ ἐνέχη, ἢ συνέχη, ἀλλ' ἀπὸ μείζονος σοῦ. Nam sensus hic esse debet: tu haec ipse tibi contraxisti, miser: non per alium, sed per maiorem quempiam his malis teneris, i. e. per deum, qui meliori fortunae deteriorē praetuleris. Id aliis verbis ita dicas: non alius te in haec mala coniecit, sed deus tibi bonam mentem eripuit, ut peiora praeoptares. Emendatio loci perdifficilis ac valde dubia est. Nam illud quidem certum est, unum ex his versibus esse dactylicum tetrametrum: sed quae hunc praecedunt, tanto sunt incertiora, quod in antistropha ex librorum scriptura optimus trimeter praecedat, πότμος σε δαιμόνων τάδ', οὐδὲ σέ γε δόλος; inde est dactylicus, ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς στυγερὰν ἔχε; tum iambicus δὺςποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις, qui singulis syllabis strophico respondet, si semel scribitur ἀρὰν, quod in libris bis est scriptum. Et tamen his ita adversantur strophica, ut recte gemi-

τοῦ λῳόνος δαίμονος εἶλον τὸ κάκιον αἰνεῖν. 1100

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀντιστροφή α΄.

1090

ὦ τλάμων, τλάμων ἄρ' ἐγὼ
καὶ μόχθῳ λωβατός, ὃς ἤ-
δη μετ' οὔδενός ὕστερον
ἀνδρῶν εἰσοπίσω τάλας
ναίων ἐνθάδ' ὀλοῦμαι,
αἰαῖ, αἰαῖ,

1105

natum videatur ἀράν, versusque dactylicus verbis χειρὸς ἐμᾶς incipere. In tanta scripturae depravatione id posui, quod, quum multa coniectari possint, minimum a veteri scriptura recederet. *Ἐνέχει* iam Wunderus p. 122. e scholiastae annotatione, in caeteris non probandus. Librorum scriptura quomodo nasci potuerit, intelliget, qui ea quae in textu posuimus, litteris maiusculis scripta consideraverit.

V. 1088. Τοῦ λῳόνος, si sincera est scriptura, diiambus est pro choriambō, ut v. 1146. Suspiciari tamen possis τοῦ προφεροῦς. In fine libri ἐλεῖν. Gernhardus ἐλθεῖν, e scholiasta, qui sic scribit: ὅτε γε παρόντος σοὶ σωφρονεῖν (scribe φρονεῖν) τὸ λυσιτελὲς ἀπὸ λῳόνος δαίμονος, τὸ κάκιον εἶλον, τὸ μὴ ἐλθεῖν. λῳόνος δὲ δαίμονος λέγει τοῦ λυσιτελεστέρον καὶ συμφόρον. Apud Triclinium disertius scriptum, ἤτοι τὸ μὴ ἐλθεῖν. Vt non sit dubium, quin nihil a scholiasta praesidii sit isti coniecturae. Mihi istud ἐλεῖν e prava scriptura ἐνεῖν ortum videtur: quare αἰνεῖν reposui.

V. 1094. Libri veteres quater αἶ, Tricliniani quater αἷ. Herodianus περὶ μονήρους λέξεως p. 27, 12. τὰ δὲ τοιαῦτα περισπᾶται, ἀταταῖ, αἰαῖ, παπαῖ. Eam scribendi rationem recipiendam duxi. Apparet hinc, cur nusquam semel, aut ter, aut quinques scriptum αἶ reperiatur.

1095 οὐ φορβάν ἔτι προσφέρων,
 οὐ πτανῶν ἀπ' ἐμῶν ὄπλων
 κραταιαῖς μετὰ χερσίν
 ἴσχων· ἀλλά μοι ἄσκοπα

1110

V. 1095. Scholiastes: οὐ φορβάν ἔτι προσφέρων. ἀντὶ τοῦ πρόσφερόμενος. ἐνίοτε δὲ ἑμπαλιν φησί, διακονοούμενος, ἀντὶ τοῦ διακονῶν· καὶ στιβαδοποιούμενος, ἀντὶ τοῦ στιβαδοποιῶν. Vide Lobeckium ad Ai. 129.

V. 1097. Libri κραταιαῖς. Nihil adnotarunt scholiastae. Anapaestum in basi, qui in strophico est, facile restitueret, qui τὴν κραταιαῖς scriberet. Sed id tamen valde minueret elegantiam dictionis poeticae. Si quid est in hoc versu vitii, rectius, opinor, epitheton κραταιαῖς in dubitationem voces, quod etsi reprehendi non potest, tamen etiam contrarii significatus epitheton, debilitatas arcu adempto manus notans, conveniret. Eiusmodi vocem habent novissimi lexicographi, ἀκραταῖος, sed corrupto munitam loco Aristiae apud Athen. p. 686. A. Omninoque vereor ut illa vox idonea analogia defendi possit.

V. 1098. Scholiastes: ἀλλά μοι ἄσκοπα. ἀπροσδόκητα, δόλια, ἃ οὐκ ἔστι προσκείμενα. γράφεται δὲ καὶ ἄψοφα, ἀπὸ τοῦ μὴ ψοφεῖν, ἀντὶ τοῦ λαθραῖα. κρηπτά δὲ ἔπη φησὶ καὶ τοῦ Ὀδυσσεύος. Εἰς τὸ αὐτό. ἀλλά μοι τὸ ἀφανὴ καὶ κρηπτά δολίας φρενὸς ὑπέδν με. τὸ δὲ ἐξῆς, ἀλλά μοι ὑπέδν ἄσκοπα κρηπτά τε ἔπη δολεράς φρενός. Buttmannus, haerens in constructione verborum ὑπέδν μοι, coniecit, ἀλλά μοι ἄσκοπα κρηπτά τ' ἔπη δολεράς ὑπέδν φρένας, sed ipse tamen vidit, chorum ita respondere, ut ipsum verbum δολεράς respiciat. Rectius scholiastes με supplet, quamquam ne hoc quidem opus. Construuntur enim talia verba pro eo, quod menti dicentis obversatur, ut hic ὑπέδν μοι φρέ-

1100. κρυπτά τ' ἔπη δολεραῖς ὑπέδν φρενός·
 ἰδοίμαν δέ γιν,
 τὸν τάδε μῆσάμενον, τὸν ἴσον χρόνον
 ἑμᾶς λαχόντ' ἀνίας.

1115

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφὴ β'.

1105. πότμος, πότμος σε δαιμόνων
 τὰδ', οὐδὲ σέ γε δόλος ἔσχ' ὑπὸ
 χειρός ἑμᾶς· στυγεράν ἔχε δυσποτμον

νας. Apse Wunderus attulit Trach. 298. ἑμοὶ γὰρ οἴκτος δεινὸς εἰσέβη, φίλαι.

V. 1100. Perinepte Tricliniani, ἰδοίμι δέ γέ γιν.

V. 1102. In calce ed. Turn. adnotata haec scriptura, ἀνίας τάσδε, quae manifesto mala emendatio est metricorum, versum hunc vulgatae lectioni strophici versus aequare volentium.

V. 1103. Recte Erfurdcius, quum in libris esset πότμος σε δαιμόνων, primam vocem geminavit. Caetera non debebat attingere. Scholiastes: πότμος σε δαιμόνων. λείπει ἢ ἔξ. ἐκ θεῶν γὰρ τύχη τις τοῦτο κεκλήρωκε, καὶ οὐχ ὑπ' ἑμοῦ δεδόλωσαι. κατὰ κοινοῦ τὸ ἔσχε. τὸ δὲ ἔξῆς, πότμος σε δαιμόνων τὰδ' ἔσχε, οὐδέ σε δόλος ἔσχε ὑπὸ χειρός ἑμᾶς. Buttmanus obscure: „accusativus τὰδε, quem per κατὰ explicare solent, hic paullo liberius, ut in lyrico carmine, additus: πότμος σε ἔσχε τὰδε, h. e. ut haec fierent.“ Immo quia in verbis πότμος σε ἔσχε haec notio inest, hanc tibi necessitatem adduxit, propterea additum est τὰδε, ac si dixisset πότμος σε ἐποίησε τὰδε. Nec πότμος δαιμόνων cum ellipsi particulae ἔξ dictum, ut vult scholiastes, sed ut sit idem quod θεία μοῖρα.

V. 1105. Dubitant interpretes de sensu verborum ἔχε ἀράν ἐπ' ἄλλοις. Scholiastes: δεῖ ἀκούεσθαι ἐπὶ τῶν μάτην καταρωμένων. σεντῶ γὰρ ἐγένου αἴτιος. δεῖ δὲ καὶ οὕτω καταρῶ τοῖς ἄλλοις καὶ μὴ

ἀράν, ἀράν ἐπ' ἄλλοις. 1120
καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, μὴ φιλότητ' ἀπόσῃ. 001

ἡμῖν. Buttmannus, quia non sit verisimile, in Vlysem converti chorum velle imprecationes illas, priorem probat scholiastae interpretationem, ut hoc dicatur: in hibe exsecrationes tuas directas in alios. At ut possint illa verba in hanc sententiam accipi, tamen nemo qui ea audiat non statim ita intelliget: averte diras tuas in alios. Id magno argumento est, hanc, non illam interpretationem veram esse. Nec quidquam in ea est, quod non sit recte aut apte dictum. Philoctetes quum eum qui ista in se machinatus esset exsecratur, chorus, ab se et ducibus suis Vlyse ac Neoptolemo avertere studens illam imprecationem, sic dicit: dii haec iusserunt, non meus ille aliquis dolus est: itaque in alios averte imprecationes tuas: nam mihi hoc curae est, ne spernas amicitiam meam. Non est hic, quod facit Buttmannus, quaerendum, in quem expetere dirae illae debeant, sed de more ita loquitur chorus, significans, non se, sed alii, si quis alius auctor sit illarum rerum, mala esse imprecanda. Is qui sit, Philoctetae videndum relinquit: qui si tranquillius de ea re cogitet, missurus sit imprecationes, quia dii ipsi sint, quos culpae debeat.

V. 1106. Nota πολιᾶς πόντου θινός, quod dici debebat πολιοῦ πόντου θινός, ut apud Homerum θιν' ἐφ' ἄλός πολιῆς. Ita solent tragici epitheta nominibus non suis applicare, dummodo notiones quibus opus est in tota verborum complexione adsint. Vide Eurip. Herc. f. 396. et Lobeck. ad Ai. 7.

V. 1107. De sensu huius versus ambigunt scholiastae, quorum hae sunt adnotationes: ὁ δὲ νοῦς παῦσαι τῶν καταρῶν τούτων, ᾧ Φιλοκτῆτα, μὴ διὰ

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

στροφή γ.

- οἷ μοί μοι· καί που πολιᾶς
 πόντου θινὸς ἐφήμενος,
 1110 γελᾷ μού, χειρὶ πάλλων 1125
 τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν,
 τὰν οὐδεὶς ποτ' ἐβάστασεν.
 ᾧ τόξον φίλον, ᾧ φίλων
 χειρῶν ἐκβεβιασμένον,
 1115 ἧ που ἐλεινὸν ὄρας, φρένας εἴ τινας 1130
 ἔχεις, τὸν Ἡράκλειον

τούτων κτήση ἡμᾶς ἐχθρούς. Et deinde: μέλει μοι τὸ παραινέσαι σοι, ἵνα μὴ ἀπόσῃ τὴν φίλιαν οἶον, οὐ θέλω σε ἐχθρὸν ἡμῖν καταστήσαι. ἢ ὡς παραινούντες φασί, μὴ ἀπόσῃ τὴν φιλιαν ἡμῶν. Immo ut a se diras avertat chorus, hoc dicit: nam ego quoque tuis ipsius commodis consultum volo: quod ita profert, ut curae sibi esse dicat, ne repudiet hanc amicitiam Philoctetes.

V. 1113. Brubach. prima in margine, reliquae in textu, ut cod. Harl. ᾧ τόξον φίλον, quod recte a Cantero receptum. In caeteris antiquioribus edd. ᾧ τόξον φίλων.

V. 1115. Ἐλεινὸν a Brunckio pro vulgato ἐλεινὸν repositum. Vide Porsonum praef. ad Hec. p. 7. seq. Non est autem adverbium, sed adiectivum, arcus misericors, ut ἐλεινῶς v. 858.

V. 1116. Brunckius et Buttmannus cum Triclinianis ἴσχεις. Proba est veterum librorum scriptura, Scholiastes: ἔχεις τὸν Ἡράκλειον ἄθλον. ἀντὶ τοῦ, ἐμὲ τὸν τοῦ Ἡρακλέους διάδοχον. ἢ ἐμὲ τὸν τῷ Ἡρακλεῖ ἄθλον ποιήσαντα τὴν πυρρὰν, καὶ ὑφάψαντα αὐτήν. Scilicet τὸν Ἡράκλειον ἄθλον in ple-
 risque codd. legebatur, idque edd. vett. habent: Triclinianae ἄθλον. Cod. Par. a Faehsio collatus

ἄθλον ἔμ' ὠδέ σοι
οὐκ ἔτι χρησόμενον τὸ μεθύστερον·

ἄθλων. Harl. et membranae Brunckii ἄθλιον, quod coniectura assequutus est Vauvillersius: receperuntque cum Brunckio recentiores. Vocem διάδοχον, qua scholiastes utitur, non explicationem vocabuli alicuius, sed additamentum esse, quo τὸν Ἡράκλειον explicetur, quum ego olim apud Erfurdium, tum nuper Buttmannus dixit, afferens haec e scholiis minoribus: τὸν Ἡράκλειον. τὸν Ἡρακλέους διάδοχον. ἄθλιον. γράφεται ἄθλον. Quod autem addit: „neque ego video quid huic explicationi appellationis τὸν Ἡράκλειον, et proinde huic etiam locutioni ὁ ἄθλιος Ἡρακλέους, in tali praesertim carmine, obici queat:“ valde minor. Obstat enim hoc, quod nec loquutus quisquam est ita, nec loquentem sic quisquam esset intellecturus: ut non assequar quid sit, quod addit, „in tali praesertim carmine,“ nisi carmen a malo poeta factum dici sumam. Corrupta esse verba, satis apertum arbitror. Emendatio vero anceps est: sed illud certum, non scripsisse Sophoclem, quod scripsisse visus est Reisigio in comment. crit. ad Oed. Col. p. 202. φρένας εἴ τινας ἴσχεις γ', ὃν Ἡράκλειον. Si sanum est ἄθλιον, non dubium videtur, quin scribi debeat Ἡρακλείω, i. e. τὸν ἄθλιον Ἡρακλείω σοι οὐκ ἔτι χρησόμενον. Arcus enim, qui fuit Herculis, recte dicitur Ἡρακλέιος. Sed quum libri omnes accusativum Ἡράκλειον habeant, qui etiam quod hiatum arcet melior dativo est; quumque ἄθλον in plerisque certe libris et apud scholiastam reperiatur, ἄθλιον autem a metricis videatur introductum esse, servandam duxi illam scripturam, inserto pronomine ἐμέ. Constructio exquisitior fecit, ut conturbarentur interpretes: τὸν ἐμέ ὠδε σοι οὐκέτι χρησόμενον, Ἡράκλειον ἄθλον. De illo τὸν ἐμέ vide Apollonium de syn-

1120 ἄλλου δ' ἐν μεταλλαγῇ
 πολυμηχάνου ἀνδρὸς ἐρέσσει,
 ὄρῶν μὲν αἰσχρὰς ἀπάτας,
 στυνγνόν τε φῶτ' ἐχθοδοπόν,

taxi p. 65. seq. (59. ed. Bekk.) Ruhnken. ad Cal-
 lim. fr. 315. Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 289.
 Ὡδε οὐκ ἔτι χρησόμενον dicit, per tantam frau-
 dem usu privatum. Quibus verbis accusativum
 Ἡρόκλειον ἄθλον addidit, more Graecis usitatissi-
 mo, significans usum arcus praemium fuisse ab
 Hercule sibi datum, quod breviter dicas, ita me
 non amplius te pro praemio ab Hercule
 accepto usurum. Exempla dedit Matthiae in
 gr. Gr. §. 432. 3.

V. 1119. Libri veteres, ἄλλ' ἐν μεταλλαγῇ. Me-
 trum non congruit cum antistrophico. Sed quas
 olim a me propositas coniecturas Erfurdlius attu-
 lit, eae probari non possunt. Nisi etiam antistro-
 phicus versus corruptus est, veluti si quis ibi
 ἐμᾶς γε σαρκὸς αἰόλας scribendum, hic autem in
 fine versus χειρῶν excidisse putet, quae non sunt
 valde veri similia, nihil est, quod melius atque
 aptius inveniri possit, quam ἄλλου δ' ἐν μεταλα-
 γῇ. Id igitur reposui. De constructione per-
 mira est Buttmani sententia, negantis ἀνδρὸς
 cum μεταλλαγῇ iungendum esse, sed construi iu-
 bentis ἀνδρὸς ἐρέσσει: neque enim sic nude ἐρέσσει
 de arcu dici potuisse. Vtrumque aequè abhorret
 a dictione Graecae poeseos: quam qui cognitam
 habent, non dubitabunt, quin sensus, qui his
 verbis continetur, ita explicari debeat; versaris
 in possessione alius quem mecum com-
 mutasti domini.

V. 1122. Libri veteres, στυνγνόν τε. Tricliniani
 στυνγνὸν δὲ, quem soloecismum servavit Brunckius,
 nec sustulerunt Erfurdlius aut Buttmannus. Si
 esset δὲ servandum, necessario in fine strophae

μυρί' ἀπ' αἰσχροῶν ἀνατέλλονθ', ὅσ' ἔφ' ἡ-
 μῖν κάκ' ἐμήσατ' *

ΧΟΡΟΣ.

στροφῆ δ'.

1125 ἀνδρός τοι, τὸ μὲν εὖ, δίκαιον εἰπεῖν. 1140

pro Ὀδυσσεὺς participium aliquod poni deberet,
 a quo regeretur *στυγνόν*.

V. 1123. Libri, ὅσ' ἔφ' ἡμῖν κάκ' ἐμήσατ'
 Ὀδυσσεὺς, quam scripturam vitiosam esse, et
 oratio parum apta ostendit, quia φῶς ἐχθροδοπὸς
 is ipse Vlysses est, et metrum docet. Fallitur
 enim Martinus, qui in antistropha βιόδωρος ἄρουρα
 scribendum coniicit. Neque enim haec apta cho-
 riambis catalexis est. Ὀδυσσεὺς, ut in Elem. d.
 m. p. 428. dixi, interpretibus debetur. Excidisse
 puto nomen ἄλη, aut simile quid. Itaque lacu-
 nam nolavi. In sensu frustra haerent interpretes.
 Facilia omnia, si, quod iam glossator apud Brun-
 ckium vidit, ἀνατέλλοντα active dictum est pro
 ἀναπέμποντα. Ὀρῶν μὲν αἰσχροῦς ἀπάτας ad Neo-
 ptolemum pertinere ex chori verbis intelligitur.
 Caetera de Vlysse dicuntur: et odiosum hosti-
 lem virum, infinita (i. e. multa alia) exci-
 tantem e turpibus illis, quos in me ma-
 los cruciatus est machinatus. Turpia
 mala, quae iam est machinatus Vlysses, in eo
 posita sunt, quod et exposuit Philoctetem, et
 nunc arcu privavit; mala autem, quae ex his ex-
 citare eum dicit, sunt carentis arcu multo mise-
 rabilior vita.

V. 1125. Multum frustra in hoc loco labora-
 runt et veteres et recentiores interpretes, quo-
 rum Buttmannus priora verba sic interpretatur:
 viri fortis est quod bonum rectumque
 est vere et iuste eloqui, δίκαιον adverbia-
 liter positum ratus. Hoc nego Graecum esse.
 Reliquorum hunc ait sensum esse: sed quando

εἰπόντος δὲ μὴ φθονεράν
 ἔξῳσαι γλώσσας ὀδύναν.
 κείνος δ' εἰς ἀπὸ πολλῶν

illud dicit vel dixerit, acerba maledicta addere non debet: in quibus εἰπόντος pro εἰπόντα per attractionem verbi ἀνδρός positum existimat. At neque attractio illa legibus linguae convenit, neque opus esset attractione, quum etiam ad εἰπόντος intelligi posset ἐστὶ. Praeterea illo etiam vitio laborat ista interpretatio, quod posterior pars sententiae inepta est. Nam non solum quum eloquitur quis bona iuste vel est eloquutus, sed etiam si non ita, tamen a maledictis abstinere debet: ut si non inepta dixisse Sophoclem credimus, hoc modo loqui debuerit: viri fortis est bona iuste eloqui, aut saltem non maledicere. Sed cur demonstro, quae quivis sponte possit perspicere? Ita construenda sunt verba: ἀνδρός τοι (ἐστίν,) τὸ μὲν εὖ, δίκαιον εἰπεῖν: viri est, quod utile est, iustum dicere, ob eum qui dicit autem non cum invidia et maledictis promere dolorem suum. Εἰπόντος ὀδύναν iungenda, dolorem dicentis, i. e. dolorem propter eum, qui dicit. Mens chori haec est: si tu vir es, debes id, quod utile est, (quod te ad Troiam redire cogimus) iustum dicere, neque in eum, qui sic sentit, ut utilia iusta putet, maledicta coniicere, in Neoptolemum dico et cuius ille suasu ista fecit, Vlyssen. Pro hac explicatione in primo versu interpunctionibus ea quae cohaerent distinxi. Εἰπεῖν pro λέγειν vel καλεῖν usurpatur, ubi εἶναι suppleri potest, ut in Alcest. 139. καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανούσαν ἔστι σοι.

V. 1128. Male Brunckius et Erfurdcius sustulerant δ' ante εἰς. Eam particulam quum Buttmanus revocavit quidem ob consensum librorum,

ταχθείς, τοῦδ' ἐφημοσύνα
 1130 κοινὰν ἤνυσεν ἐς φίλους ἀρωγάν. 1145

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀντιστροφή γ'.

ὦ πταναι θεῶραι, χαροπῶν τ'
 ἔθνη θεῶων, οὓς ὄδ' ἔχει
 χῶρος οὐρεσιβώτας,
 φυγᾶ μ' οὐκ ἔτ' ἀπ' αὐλίων

sed nec metro nec sensui utilem dicit, non cogitavit, metro eam non repugnare, ad sensum autem etiam requiri, quia si praecedentia paucis comprehendimus, hoc continent: *σὺ μὲν ἐκείνον οὐ δικάως ψέγεις.*

V. 1129. Tricliniani *ἐφημοσύνα*, quod vocabulum Buttmanus ab Sophocle fictum putat, quia non credit *τοῦδε* ad Vlysem, *κεῖνος* autem ad Neoptolemum referri. Non opus est, ut hoc commentum refellam, quum per ea, quae ad v. 1125 dixi, sponte cadat. Illud vero non est praeterendum, quam hic quoque Triclinio suo laudem impertit Buttmanus, quod is veram scripturam, inauditum scilicet illud vocabulum, ex codicibus suis servaverit, nihil esse nisi errorem librarium e vulgari pronuntiatione diphthongi *ευ* ortum. Indignus Triclinius laude ista, seu verius reprehensione. Si volebat Buttmanus *κεῖνος* de Vlysse et *τοῦδε* de Neoptolemo accipere, scribere potius debebat *ἐφημοσύνα*, quod est in cod. Ven. quae vox etsi non in lexicis invenitur, tamen ex analogia de ministerio accipi posset, si quis talia compararet, ut, *ὑφεῖς μάγον τοιόνδε μηχανοδόξον*, in Oed. R. 387. In calce ed Turn. adnotatum *ἐφημοσύναν*.

V. 1132. Male Brunckius, lege versuum Glyconeorum non perspecta, eiecerat ὄδ'.

V. 1134. Scholiastes: *φυγᾶ μ' οὐκ ἔτ' ἀπ' αὐλίων. ἀντὶ τοῦ οὐκέτι φεύξασθέ με. οὐκέτι*

1135 πελάτ' οὐ γὰρ ἔχω χερσῶν

1150

μετὰ φωνῆς καὶ φόβου προσπελάξετέ μοι. Frustra laborant critici in corrigendo, Canterus μηκέτι ἔλατ', Erfurdcius οὐκέτι ἔλατ' aut περᾶτ', in quod ego quoque olim incideram, scribi volentes. Brunckius pessime omnium, servata librorum scriptura, πελάτε pro imperativo habuit, quem ei soloecismum iure exprobravit Buttmannus, consentiens ille tamen cum eo in verbis ἀπ' ἀυλίων, quae uterque de lustris ferarum intelligi volunt. Recte vero Erfurdcius obiecit, semper in hac fabula eam vocem de antro Philoctetae usurpari. Igitur Buttmannus, μ' οὐκέτι putans μοι οὐκέτι esse, ita videtur haec verba interpretari: non enim diserte dicit: non amplius ex lustris vestris ad me appropinquabitis. „In his,“ inquit, „φονγᾶ πελάτε, acumen poetae nemo non agnoscat.“ Acumen quidem, si ille est horum verborum sensus, agnoscamus necesse est, sed illud pessimo poeta, non Sophocle dignum. Quid enim? Hunc cunctis adeo omnem venustatis sensum exuisse, ut adventum eleganter vocari fugam existimaret? Non meminerant interpretes, πελάζειν proprie activum esse, quumque hic medio uti deberet poeta, fecisse eum, quod etiam in iis verbis facit, quae media forma non tantam, quantam hoc, ambiguitatem habent, veluti προσφέρων v. 1095. ut activum praeferret: idque iterum fecisse videtur v. 1148. Sensus est: non amplius fuga vestra me ab antro meo ad vos adducitis. Scilicet si quae ferae ad antrum eius accessissent, conspecto viro fugiebant, ipse autem nunc occidebat fugientes, interfectasque in antrum portabat; nunc etiam ubi feram aliquam vel avim fugientem vidisset, non longe eam aufugisse sperans, progrediebatur quantum per ulcus illud suum liceret, ut eam saxis vel virgultis tectus sagittis suis confoderet.

Soph. Vol. VI.

O

- τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν,
 ᾧ δύστανος ἐγὼ τανῦν.
 ἀλλ' ἀνέδην ὅδε χῶρος ἐρύκεται,
 οὐκ ἔτι φοβητὸς ὑμῖν.
 1140 ἔρπετε, νῦν καλόν, 1155
 ἀντίφονον κορέσαι στόμα πρὸς χάριν
 ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας.
 ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω.
 πόθεν γὰρ ἔσται βιοτά;
 1145 τίς ᾧδ' ἐν αὔραις τρέφεται, 1160
 μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πεμ-
 πει βιόδωρος αἶα;

V. 1136. Si quid in hoc versu metri caussa mutandum, scripserim ἀκμάν. Sed defendi posse videtur spondeus in fine versus. Vide Elem. d. m. p. 527.

V. 1138. Vide ad Viger. not. 230.

V. 1142. Libri veteres, ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας. Triclinianorum scripturam, τᾶσδ' αἰόλας σαρκὸς, revocavit Buttmanus, quae metro magis etiam, quam altera adversatur, quia ultimam praegressi versus longam facit. Ipse Buttmanus scribendum coniecit, τᾶς σαρκὸς αἰόλας, quod non modo non est aptum, quia ἐμᾶς hic necessarium est, sed etiam in ipsa peccat elementa grammaticae. De constructione verborum idem Buttmanus perplexe disputat, sed illud tamen recte vidit πρὸς χάριν esse: ut volupe est, quod dicitur etiam πρὸς ἡδονήν. Constructio verborum facilis est, νῦν καλόν, ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας κορέσαι ἀντίφονον στόμα πρὸς χάριν. Αἰόλας recte iam Musgravius propter ulcus, non propter vulnera a feris facta, ut scholiastes, additum esse vidit.

V. 1146. Metri choriambici parum sciens Brunckius temere ediderat, μηκέτι, μηκέτι κρατέων

ΧΟΡΟΣ.

ἀντιστροφῇ δ'.

πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβει ξένον, πέλασσον,

εὐνοία πάσα πελάταν·

1150

ἅμα γνῶθ', εὖ γνῶθ' ὅτι σοί,

1165

μηδενὸς ὅσα πέμπει γὰ βιόδωρος. Vide Elem. d. m. p. 428. et ad v. 1123.

V. 1148. Scholiastes: εἴ τι σέβῃ ξένον. ἑαυτὸν δέ φησιν ὁ χορός, ὅτι ἐμοὶ τῷ ξένῳ μετ' εὐνοίας πρόσελθε· ἀντὶ τοῦ, φίλος ἡμῖν γενοῦ. ἀλλὰ γνῶθ'. εὖ γνῶθι. οὕτω τινὲς στίξουσιν· ἀλλὰ γνῶθ'. εὖ γνῶθι. οἷον, τὰ ὄντα σοι μάνθανε τὰ περὶ τῆς νόσου. ὁ δὲ ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ δέ· γνῶθι δέ. ἢ ἢ οὕτω· πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβῃ ξένον πελάταν, πέλασον πάσῃ εὐνοίᾳ. γνῶθι ὅτι κῆρα τήνδ' ἀποφυγεῖν σοι πάρεστιν, εἰ πεισθείης ἡμῖν, ὃ ἔστι, τὴν νόσον. οὗτος δὲ ταῦτα λεγόντων, συνήσκειν ὅτι παραινῶσιν αὐτῷ εἰς Ἴλιον ἔλθειν. πρὸς ὃ ἀνακράζει τὸ πάλιν, πάλιν. Musgravius iungebat, πρὸς θεῶν εἴ τι σέβει, per si quem deorum veneraris: quod probat Buttmanus, allato v. 469. Br. non cogitans, id Graece dici debuisse πρὸς εἰ θεῶν τινὰ σέβει. Illud autem recte vidit, εὐνοία πάσα non cum πέλασσον, ut Brunckio placuit, sed cum πελάταν esse coniungenda. De verbo πελάζειν vide ad v. 1134.

V. 1150. Libri, ἀλλὰ γνῶθ', εὖ γνῶθ' ὅτι σοί. Brunckium, qui male ὅτι σοί, inclinato accentu, dedit, sequuti Erfurdinus et Buttmanus. In particula ἀλλὰ iam scholiastes haesit, cui quod placet, pro δὲ eam esse positam, vanum commentum est. Buttmanus istam vocem tantum sermoni magis concitato et instanti inservire ait. Id alienum ab hoc loco est. Idem, etsi probare videtur explicationem scholiastae, γνῶθι ὅτι κῆρα τήνδε ἀποφυγεῖν σοι πάρεστιν, εἴ τι πεισθείης ἡμῖν, tamen,

κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν.
 οἰκτρά γὰρ βόσκειν, ἀδαῆς δ'
 ἔχειν μυρίον ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ.

quum aliud huius omissionis exemplum, quod satis certum sit, sibi non succurrere dicat, offendisse ad istam ellipsin videtur. Iure vero. Nam ἐστὶ, copulae quam vocant significatum habens, quia latet in omni verbo, omitti potest; non potest omitti, ubi simul praedicati notionem, ut hic permissum est, continet. Vetus hunc locum menda vitiat. Non enim ἀλλά, sed ἅμα scripserat poeta: quae voces saepissime permutatae reperiuntur. Vide, si opus est, novam ed. Thes. Steph. v. ἅμα. Itaque coli signo in fine praecedentis versus, et commate post σοὶ distinxi. Sensus est: per deos, si quid respicis hospitem, admitte eum, omni cum benevolentia ad te accedentem: simul scito, bene scito, tua causa, ut hoc malo liberere. Hospitem, quum numero singulari utatur, non se, sed Neoptolemum, ducem suum, videtur dicere.

V. 1151. Tricliniani ἀποφνεῖν.

V. 1152. Sensus est: hic morbus miserabilis est ad alendum eum, et nescius sustinere infinita mala, quae cum eo coniuncta sunt. I. e. maior est hic morbus, quam ut qui eo affectus sit tanta mala perferre queat. Id quum non perspiceret Laur. Santenius, corrigebat ille ἀδαῆς δὲ σχεῖν in charta, quae penes me est, hac adscripta adnotatione: „Sic totum illum locum intelligerem: in te est calamitatem hanc effugere: nam funesta quidem est ali; ille vero quocum habitat infinitum hoc pondus sustinere nescius est.“ Vulgatam licebat ita, etsi perperam, interpretari; non licebat, quam ipse scripturam probabat.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀνομοιόστροφα.

1155 πάλιν, πάλιν παλαιὸν ἄλ-
γημ' ὑπένασας, ὦ
λῶστε τῶν πρὶν ἐντόπων.
τί μ' ὄλεσας; τί μ' εἴργασαι;

ΧΟΡΟΣ.

τί τοῦτ' ἔλεξας;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἰ σὺ τὰν

ἐμοὶ στρυγερὰν

1160 Τρωάδα γαῖάν μ' ἤλπισας ἄξειν.

ΧΟΡΟΣ.

τόδε γὰρ νοῶ κράτιστον.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἄπο νῦν με λείπει ἤδη.

ΧΟΡΟΣ.

φίλα μοι, φίλα ταῦτα παρήγ-
γειλας ἐκόντι πράσσειν.

V. 1155. Buttammus cum Triclinianis, ὑπέ-
μνασάς με vitiatis numeris.

V. 1156. Scholiastes: ὦ βέλτιστε τῶν πλησιασάν-
των μοι πρὶν. ἢ τῶν περὶ Ὀδυσσεῆα. Prior expli-
catio vera. Altera nescio an spectet ad scriptu-
ram cod. Harl. τῶν πρὶν ἐπόντων, nisi is error li-
brarii est.

V. 1160. Tricliniani, Τρωάδα γὰν ἤλπισάς μ' ἄξειν.

V. 1164. Libri ἐκόντι τε πράσσειν, quae cata-
lexis non apta his numeris est. Itaque delevi τέ,
praesertim quum id etiam scholiastes ignorare vi-
deatur, cuius adnotatio sic corrigenda: φίλα μοι.
βουλομένῳ ἠδέως ἀποπλεῦσαι κελεύεις. Nam φίλα
μοι poetae, non scholiastae verba sunt. Triclinius:

- 1165 ἴωμεν, ἴωμεν, 1180
 ναὸς ἰν' ἡμῖν τέτακται.
 ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
 μὴ, πρὸς ἀραίου Διὸς, ἔλ-
 θης, ἱκετεύω.
 ΧΟΡΟΣ.
 μετρίαζε.
 ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
- 1170 ὦ ξένοι,
 μείνατε, πρὸς θεῶν. 1185
 ΧΟΡΟΣ.
 τί θροεῖς;
 ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.
 αἰαῖ αἰαῖ· δαίμων, δαίμων.
 ἀπόλωλ' ὁ τάλας,
 ὦ πύς, πύς, τί σ' ἔτ' ἐν βίῳ
 τεύξω τῷ μετόπιν τάλας;
- 1175 ὦ ξένοι, ἔλθετ' ἐπήλυδες αὐθις. 1190

ἔμοι βουλομένῳ ἀποπλεῦσαι, φίλα ἐστὶν ἃ κελεύεις
 καὶ ἡδέα.

V. 1165. Scholiastes: ἴωμεν (sic) ναὸς ἰν' ἡ-
 μῖν. ὅπου ἡμῖν ἀφίεται ἡ ναῦς. ἐπὶ τῆς ναὸς,
 ἀντὶ τοῦ εἰς τὴν ναῦν. Male. "Ina ναὸς ἡμῖν τέτα-
 κται est qua in parte navis cuique nostrum
 sua est statio.

V. 1172. Libri ὦ τάλας, quod nemo non vi-
 deat scribendum esse ὁ τάλας. Et ita dedit
 Erfurdinus.

V. 1174. Libri, τὸ μετόπιν. Correctum a me
 et Erfurdtio: sed iam Stephanus τῷ μετόπιν scri-
 ptum inveniri adnotavit, et ne hic quidem primus,
 sed e v. l. ed. Turn.

V. 1175. Scholiastes: ἐπήλυδες. αὐτόματοι.

ΧΟΡΟΣ.

τί ῥέξοντες ἄλλοκότῳ
γνώμῃ τῶν πάρος, ὧν προὔφαινες;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὔ τοι νεμεσητόν,
ἀλύοντα χειμερίῳ
λύπα καὶ παρὰ νοῦν θροεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

βᾶθι νυν, ὧ τάλαν, ὧς σε κελεύομεν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδέποτ', οὐδέποτ', ἴσθι τόδ' ἔμπεδον,
οὐδ' εἰ πυρφόρος ἀστεροπητῆς
βρονταῖς ἀγαῖς μ' εἴσι φλογίζων.

1180

1195

Male. **Ἐπήλυδες αὐθις est revertentes. Iam enim abibant.*

V. 1176. Scholiastes: *τί ῥέξοντες. τί πράξοντες ἐναντία γνώμῃ ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον.*

V. 1177. Libri, ὧν προὔφαινες. Brunckius ὧν προὔφαινης — ut interpellet Philoctetes orationem chori. Id abhorret a consuetudine tragicorum, nisi expleatur deinde interrupta sententia. Wakefieldius, quod etiam mihi aliquando in mentem venit, προὔφαινες, idque probat Buttmannus. At dicturus id erat Sophocles προὔφηνας. Itaque leniore praetuli aptioremque emendationem προὔφαινες.

V. 1184. Libri, βρονταῖς ἀγαῖς. Scholiastes: *ἴσθι τόδ' ἔμπεδον. τοῦτο γήγνωσκε ὅτι οὐκ ἔρχομαι, οὐδ' εἰ αὐτὸς ὁ Ζεὺς μετέλθοι με ταῖς βρονταῖς τουτίστιν, οὐδ' εἰ κεραννοὶ με ὁ Ζεὺς, ἀν μὴ ἔλθω. γράφεται καὶ ἀγαῖς, ταῖς βροντῶν ἀγαῖς ταῖς κεραννίαις. ἔστι μὲν λαβεῖν καὶ βρονταῖς, ἀντὶ τοῦ βροντήσας, καθάπερ καὶ ἐν Τδροφόροις τὸν Διόνυσον εἶπε Βακχᾶν ἀντὶ τοῦ βακχευτάν. Ex hoc antiquo scholio Valckenarius ad Ammon. I. 19. p. 76. βρονταῖς ἀγαῖς legendum vidit,*

- 1185 ἔρρέτω Ἴλιον, οἷ θ' ὑπ' ἐκείνω 1200
 πάντες, ὅσοι τόδ' ἔτλασαν ἐμοῦ ποδῶς
 ἄρθρον ἀπῶσαι. ἀλλὰ τόδ' ὦ ξένοι,
 ἔν γέ μοι, ἔν γέ μοι εὐχος ὀρέξατε.

ΧΟΡΟΣ.

ποιῶν ἐρεῖς τόδ' ἔπος;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ξίφος, εἴ ποθεν,

- 1190 ἦ γένυν, ἦ βελέων τι, προπέμψατε. 1205

quod merito recepit Brunckius. Buttmano longe praestantior videtur vulgata, ut αὐταῖς ad βρονταῖς relatum sit, quum deberet de Iove dici. Meo iudicio illa figura, Iove iis ipsis nominibus quae fulminatorem significant appellato, perinepta est.

V. 1187. Libri veteres plene, ἀπῶσαι. ἀλλ' ὦ ξένοι, ἔν γέ μοι εὐχος ὀρέξατε. Triclinius turpem versum dedit, ἄρθρον ἀπῶσ'. ἀλλ' ὦ ξένοι ἔν γέ μοι, probatum tamen Buttmano. Brunckius, ἄρθρον ἀπῶσαι. ἀλλ', ὦ ξεῖνοι, ἔν γ' ἐμοί, ἔν γ' ἐμοί εὐχος ὀρέξατε. Seidlerus de verss. dochm. p. 343. haec in unum versum, qualem tamen non fecit Sophocles, coniunxit: ἀλλ', ὦ ξεῖνοι, ἔν γ' ἐμοί, ἔν γ' ἐμοί. Certum videtur, systema hoc totum tetrametris dactylicis decurrere. Itaque aut post ἀπῶσαι, aut alio loco aliquid excidit. Non videtur autem post ἀπῶσαι, quia aptior est finiendae orationi locus in medio versu, fortiusque novae sententiae initium post caesuram. In hiatus nihil vitii, quia maior hic pausa in dicendo fit. Praeterea Brunckii supplementum et ab omissionis facilitate, et quod ad sententiae vim accommodatissimum est, maximam commendationem habet. Sed hoc ille neque ad numeros eleganter, quod ἀλλ' ὦ ξεῖνοι scripsit, neque recte ad metrum, quia sic versus trochaeo terminaretur. Id Sophocles scribere debuit, ἀλλὰ τόδ' ὦ ξένοι. Sic igitur edidi.

ΧΟΡΟΣ.

ὡς τίνα δὴ ῥέξης παλάμαν ποτέ;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

κῶϊτ' ἀπὸ πάντα καὶ ἄρθρα τέμω χερί·
φονᾶ, φονᾶ νόος ἦδη.

V. 1191. Libri veteres et Brunckius ὡς τίνα ῥέξης. Tricliniani, ὡς τίνα ῥέξειας, quae metro fulciendo a Triclinio inventa est imperita machina, licet eam non damnandam censeat Buttmanus. Multo melius Vauvillersius, ὡς τίνα ῥεξείων. Sed quum veteres libri coniunctivum habeant, non dubitandum, quin μοί, vel, quod aptius videtur, δὴ exciderit. Id itaque reposui. De hiatu, quem facit προπέμψατε, nihil est quod quis sollicitus sit, quum personae mutantur.

V. 1192. Libri, καὶ ἄρθρα. Brunckius, κῶρθρα. Schaeferus dedit, κῶϊτ' ἀπὸ πάντα τ' ἄρθρα. Vterque contra metrum. Schaeferus non videtur meminisse, κῶϊτα etiam masculinum esse, (v. schol. ad Eurip. Phoen. 1166. sive 1159. ed. Matth.) cum eoque nomine πάντα numero singulari debere construī. Τέμω, quod veteres libri habent, ad praegressum ὡς referendum. Tricliniani τεμῶ.

V. 1193. Scholiastes: φονᾶ, φονᾶ. θανατιᾶ, θανάτου ἐπιθυμεί. Non indicat utrum νόος, ut Tricliniani, legat. Buttmanus, quoniam Galenus in glossis Hippocrateis scribat, φονᾶ, φονεύειν ἐπιθυμεί, contra morem suum praeferendam iudicat antiquorum librorum scripturam. Recte vero Brunckius aliique νόος receperunt. Quid enim hic de morbo? Non morbi nunc novus impetus, sed animi dolor Philoctetam agitat. Verbum autem recte interpretatus est Galenus. Neque enim ut vivere desinat optat, sed vult sese occidere.

ΧΟΡΟΣ.

τί ποτε;

1210

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πατέρα ματεύων.

ΧΟΡΟΣ.

1195 ποῖ γὰρ;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

εἰς Ἄιδον.

οὐ γὰρ ἐν φάει γ' ἔτι.

ὦ πόλις, ὦ πόλις πατρία,

V. 1194. Ματεύων constructione refertur ad τέμω.

V. 1195. Tricliniani εἰς Ἄιδον.

V. 1198. Libri, οὐ γὰρ ἔστ' ἐν φάει γ' ἔτι. Incommodum metro illud ἔστ', quod Sophocles si scripsisset, decessisset opinor ἔστιν. Sed ipsa illa abiectione vocalis arguere videtur, pro interpretatione supra scriptum ἔστί, textui esse illatum, detracta hiatus vitandi caussa ultima littera. Quare delevi. Atque omnino ne cogitari quidem hoc verbum voluisse poetam puto, sed, quod multo aptius est, praesertim quia γὲ additum, construi orationem cum participio ματεύων.

V. 1199. Scholiastes: ὅς γε σὰν λιπών. ὅστις ποτὲ καταλιπών σε ἐπὶ τῷ βοηθεῖν τοῖς Ἕλλησιν, οὐκ ἔτι οὐδὲν εἶμι. Ex his verbis eum βὰς potius, quam ἔβαν legisse conicias. Metra Brunckius et Erfurdcius ita diviserunt, ut primus horum versuum esset ὅς γε σὰν λιπών ἱερὰν, secundus λιβάδ' ἐχθροῖς ἔβαν Δαναοῖς. Et his quidem in versibus, quorum metrum est Glyconeum, nihil reprehendas; ultimus vero, ἀρωγός' ἔτ' οὐδὲν εἶμι, sive sic legatur, sive scribatur εἶτ' οὐδὲν εἶμι, ferri non potest, quia haec mala est et non numerosa catalexis. Ultimum versum et veteres libri et Tricli-

1200 πῶς ἂν εἰσιδοίμι σ' ἄθλιός γ' ἀνήρ,
 ὅς γε σὺν λιπῶν
 ἱερὰν λιβάδ', ἐχθροῖς ἔβαν
 Δαναοῖς ἀρωγός· ἔτ' οὐδέν εἰμι.

1215

ΧΟΡΟΣ.

Ἐγὼ μὲν ἤδη καὶ πάλαι νεὼς ὄμοῦ
 στείχων ἂν ἦν σοὶ τῆς ἐμῆς, εἰ μὴ πέλας

niani recte ex his verbis compositum habent, Δαναοῖς ἀρωγός· ἔτ' οὐδέν εἰμι. Quod est usitatissimum in finiendis strophis metrum, continens duo penthemimere iambica, quorum prius hic anacrusin habet disyllabam. Nam ultima in ἀρωγός non est media dactyli, sed ultima trochaei, quae poterat etiam longa esse. Vide de hoc metro Elem. d. m. p. 252. et Epitomen §. 222. Asyndeton postremorum verborum displicet Buttmanno, ut probare videatur Heathium, qui pro ἔτ' οὐδέν εἰμι scribendum putabat εἶτ' οὐδέν εἰμι, quod recepit Brunckius. At hic in ipso fine carminis, summoque in dolore viri, magna vis est huius asyndeti: quam mirum quantum debilitaret istud εἶτα. Ἱερὰν λιβάδα dicit Sperchium.

V. 1203. Scholiastes: στείχων ἂν ἦν σοὶ ἐπορευόμην ἂν. τὸ δὲ σοὶ παρέλκει. Nam ὄμοῦ νεὼς coniungenda sunt. Sed στείχων ἂν ἦν plus est, quam ἔστειχον ἂν. Significat enim, abiens (i. e. abeundo) essem apud navim. Ad id quum non attenderem in praefat. ad Oed. R. p. XXIII. sed στείχων ἦν iuncta pro ἀπῆλθον acciperem, aoristum hic requiri putabam, probabamque ἦ, quod pro ἦν posuit Elmsleius ad Bacch. 359. Sed libri consensu ἦν. Quod praeterea adnotavit scholiastes, ἐντεῦθεν διπλοῦν ἐστὶ τὸ ἐπεισόδιον, eo spectat, quod in hac scena non, ut plerumque, una, sed duae personae adveniunt. Philoctetes interea se in antrum suum recipit, ut ex v. 1249. intelligitur.

᾽Οδυσσεῖα στεῖχοντα, τὸν τ' Ἀχιλλέως 1220
1205 γόνον πρὸς ἡμᾶς δευρ' ἰόντ' ἐλεύσομεν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ ἂν φράσειας ἦντιν' αὖ παλιντροπος
κέλευθον ἔρπεις ὧδε σὺν σπουδῇ ταχύς;
ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λύσων ὅσ' ἐξήμαρτον ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

δεινόν γε φωνεῖς· ἢ δ' ἁμαρτία τίς ἦν; 1225

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1210 ἦν σοὶ πιθόμενος τῷ τε σύμπαντι στρατῷ

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὐ σοὶ πρόπον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀπάταισιν αἰσχροῖς ἄνδρα καὶ δόλοισι ἐλών.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

τὸν ποῖον; ὃ μοι μῶν τι βουλευεῖ νέον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

νέον μὲν οὐδέν· τῷ δὲ Ποίαντος τόκῳ 1230

V. 1208. Wakefieldii adnotationem, „λύσων, i. e. λυτρώσων, redempturus, expiaturus peccatum: arcu scilicet restituendo,“ repetiit Brittmannus. At λύσων non est λυτρώσων, sed simpliciter solvens, i. e. irritum reddens peccatum.

V. 1210. Cod. Ven. ἦν σοὶ γε πιθόμενος. Vnde quis coniciat, ἦν σοὶ τε πιθόμενός τε σύμπαντι στρατῷ.

V. 1212. Repetendum mente ἔπραξα e verbis Vlyssis, ut mox ad v. 1216. e. v. 1217. δοῦναι νοῶ.

V. 1215. Tricliniani male τὸ ποῖον. Nam quum Neoptolemus ἄνδρα infinite dixisset, tanto cupidius Vlysses, de Philocteta eum cogitare sentiens, quis iste vir sit interrogat.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

1215 τί χρῆμα δράσεις; ὧς μ' ὑπῆλθέ τις φόβος.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

παρ' οὔπερ ἔλαβον τάδε τὰ τόξ', αὐτίς πάλιν

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; οὐ τί που δοῦναι νοεῖς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

αἰσχρῶς γὰρ αὐτὰ κοῦ δίκη λαβὼν ἔχω.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

πρὸς θεῶν, πότερα δὴ κερτομῶν λέγεις τάδε; 1235

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1220 εἰ κερτόμησίς ἐστι τάληθῆ λέγειν.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

τί φῆς, Ἀχιλλέως παῖ; τίν' εἴρηκας λόγον;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

δὶς ταῦτ' αὖ βούλει καὶ τοῖς ἀναπολεῖν μ' ἔπη;

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἄπαξ ἐβουλόμην.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

εὔ νῦν ἐπίστω. πάντ' ἀκήκοας λόγον. 1240

V. 1222. Libri ταῦτα. Quod etsi defendi potest, tamen usui convenientius videtur ταῦτά, quod inde a Brunckio obtinuit.

V. 1224. Tricliniani ἀκηκοός, quod placeat, qui huiusmodi elegantiss, ut est ἐπίστω ἀκηκοός, gaudent. Placuit tamen Buttmanno, qui et recepit, et Gedikii adnotationem apposuit, non dubitantis dicere, „non bene igitur Ald. ἀκήκοας.“ Recte ita veteres libri. Nam εὔ νῦν ἐπίστω non dicit, ut sequentia confirmet, sed in mente habens δώσειν με τὸ τόξον. Id ut confirmet, neque amplius verbis opus esse significet, addit πάντ' ἀκήκοας

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

1225 ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί φῆς; τίς ἔσται μ' ὀυπικωλύσων τάδε;

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

ξύμπας Ἀχαιῶν λαός· ἐν δὲ τοῖσδ' ἐγώ·

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σοφὸς πεφυκώς, οὐδὲν ἐξαυδαῖς σοφόν.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

σύ δ' οὔτε φωνεῖς, οὔτε δρασεῖς σοφά. 1245

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1230 ἄλλ' εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε.

λόγον. Quae est usitata formula nihil sibi quod dicat reliquum esse significantis: v. Ai. 480. Trach. 876. Aliaequè usurpantur eodem fine similes formulae, ut in Philocteta v. 241. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν. Itaque cum vet. edd. plene distinxi post ἐπίστω. Sed Iuntina secunda tamen nullam eo loco distinctionem habet.

V. 1226. Ferrarus verbi ἐπικωλύειν usus. Memoratur inventum apud Thucyd. VI. 17. Xenophi. Oec. 8, 4.

V. 1229. Libri σοφόν, ut praecedente versu. Brunckius, quem sequutus est Erfurdus, σοφά. Id quamvis usitatius sit, tamen Buttmannus tuetur σοφόν, quod id contra nullam regulam peccet: ac sedulo ita conformatam esse orationem, ut eadem auribus forma recurreret. Mihi quidem etiam usus videtur pro regula esse. Nam ne quis contra me afferat, quod supra v. 444. legitur, ἐπεὶ οὐδέ πο κακόν γ' ἀπόλετο, consideret velim, cur ibi additum sit γέ. Hic si σοφὸν scripsisset Sophocles, Neoptolemum, opinor, τοῦ σοφοῦ, non τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε respondentem fecisset.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

καὶ πῶς δίκαιον, ἅ γ' ἔλαβες βουλαῖς ἐμαῖς,
 πάλιν μεθεῖναι ταῦτα;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τὴν ἁμαρτίαν

αἰσχρὰν ἁμαρτῶν, ἀναλαβεῖν πειράσομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

στρατὸν δ' Ἀχαιῶν οὐ φοβεῖ, πράσσων τάδε; 1250

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1235 ξὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἄλλ' οὐδέ τοι σῆ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾶν.

V. 1231. Numeri hi sunt, quales recentior fert tragoedia. In antiquiori dicendum fuisset ἄλαβες.

V. 1236. Hic versus vulgo Neoptolemo continuatur. Brunckii cod. B. eum Vlyssi tribuit, eaque personarum distinctionis diversitas etiam in calce ed. Turn. adnotata. Scholion in membranis Brunckii: ἄλλ' οὐδὲ πεισθήσομαι ποιεῖν ταῦτα τῆ σῆ χειρὶ. ὅ ἐστιν, οὐκ ἐπιτρέψω σοι. Recte Buttmanus et codicem illum sequendum vidit, quā Vlyssi hunc versum tribuit, et interpretationem probat, quae scholio isto continetur. Idem apte comparat Eurip. Suppl. 1068. ἄλλ' οὐδέ τοι σοι πείθομαι δρώσῃ τάδε, quod iam ab Erfurdium factum esse, ex addendis ad meam editionem Supplicum cognoscere potuerat. Intelligitur ex his exemplis, οὐ πείθομαι esse non patior: quod ita si dicitur, ut, quemadmodum οὐκ ἐῶ, veto significet, recte potest infinitivus addi, non vetantis, sed eius qui vetatur, actionem significans. Quamquam hic τὸ δρᾶν aliud est, quam δρᾶν sine articulo. Vide ad Ai. 114. Sensus est ergo: quod ad effectiōnem attinet, tuae manui non cedam. I. e. at ne ego quidem

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐτᾶρα Τρωσίν, ἀλλά σοι μαχόμεθα.

ΟΛΤΣΣΕΥΣ.

ἔστω τὸ μέλλον.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

χεῖρα δεξιὰν ὄρᾳς

κώπης ἐπιψάουσας;

tuam manum verebor, si perficere voles. Ση χειρί enim dicit, quia vi usurum esse Neoptole- mum intelligit.

V. 1237. Vulgo hic versus Vlyssis est. Itaque Wakefieldius pro οὐτ' ἄρα, quod libri habent, οὐκ ἄρα scripsit. Sed quum sentiret tamen, prae- cedentem versum Vlyssi esse tribuendum, eo in- clinat, ut servari velit οὐτ' ἄρα, quo haec sit Vlyssis oratio: sed neque concedam tuae manui hoc patrare, neque repugno, quin potius tibi quam Troianis certem. At quis unquam sic οὐδὲ — οὐτε copulavit? Non dubitavit tamen hanc non Graecam orationem re- cipere Buttmannus. Primus Schaeferus vidit, quod scribebatur οὐτ' ἄρα ex οὔτοι ἄρα contra- ctum esse. Versum autem non Vlyssis esse, sed Neoptolemi, neminem latere poterit, qui vicissi- tudines decursumque colloquii attente considera- verit.

V. 1238. In Triclinianis, quos Brunckius et Buttmannus sequuntur, personae ita distinctae: N. ἔστω τὸ μέλλον. O. χεῖρα δεξιὰν ὄρᾳς κώπης ἐπιψάουσας; N. ἀλλὰ καί μοι ταυτὸν τόδ' ὄψει δρωῶντα, κοῦ μέλλοντ' ἔτι. O. καί μοι σ' ἔασω, et reliqua. In veteribus libris sic: N. ἔστω τὸ μέλλον. χεῖρα δεξιὰν ὄρᾳς κώπης ἐπιψάουσας; Qui deinde sequuntur dimidiatus et tres integri versus, Vlyssis sunt. Quod recte factum esse, vel particula καίτοι, quae est sese a capto consilio

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

ἀλλὰ κάμ'ε τοι 1255

- 1240 ταῦτόν τόδ' ὄψει δρωῖντα, κού μέλλοντ' ἔτι.
καίτοι σ' εἰάσω· τῶ δὲ σύμπαντι στρατῶ
λέξω τάδ' ἐλθῶν, ὅς σε τιμωρήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

- ἔσωφρόνησας· κἄν τὰ λοιπ' οὕτω φρονῆς,
ἴσως ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα. 1260
1245 σὺ δ', ὦ Πολίαντος παῖ, Φιλοκτῆτην λέγω,
ἔξελθ', ἀμείψας τάςδε πετηήρεις στέγας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

- τίς αὖ παρ' ἄντροις θόρυβος ἴσταται βοῆς;
τί μ' ἐκκαλεῖσθε; τοῦ κεχηρημένοι, ξένοι;
ᾧ μοι· κακὸν τὸ χεῖμα. μῶν τί μοι μέγα 1265
1250 πάρεστε πρὸς κακοῖσι πέμποντες κακόν;

revocantis, ostendere poterat. Hanc rationem probandam censuit Stephanus, quem nuper sequutus est Matthaei. Qui Neoptolemi intrepidam mentem, Ulyssis autem simulatam fortitudinem a poeta et esse expressam, et exprimi debuisse reputaverit, non dubitabit, quin personae ita, uti fecimus, fuerint descriptae.

V. 1249. *Χεῖμα* dixit, respiciens verbum *κεχηρημένοι*, proprio significato: mala res, qua opus sit vobis. Dicit autem haec verba conspecto Neoptolemo. Nam quae praecedunt, nondum viso dicuntur. Hinc non interrogat, quod aliter exspectari poterat, *μῶν τί μοι νέον*, sed *μῶν τί μοι μέγα κακὸν πέμποντες πάρεστε*. Magnum enim malum auguratur eo, quod illum ipsum, a quo sibi erat arcus ademptus, praesentem videt. Ulysses vero paullum restans latet, observaturus, quid agat Neoptolemus.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

θάρσει· λόγους δ' ἄκουσον, οὓς ἤκω φέρων.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

δέδοικ' ἔγωγε. καὶ τὰ πρὶν γὰρ ἐκ λόγων
καλῶν κακῶς ἔπραξα, σοῖς πεισθεῖς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκουν ἔνεστι καὶ μεταγνῶναι πάλιν; 1270

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1255 τοιοῦτος ἦσθα τοῖς λόγοισι, χῶτε μού
τὰ τόξ' ἔκλεπτες, πιστός, ἀτηρὸς λάθρα.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' οὐ τι μὴ νῦν· βούλομαι δέ σου κλύειν,
πότερα δέδοχται σοι μένοντι καρτερεῖν,
ἢ πλεῖν μεθ' ἡμῶν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

παῦε, μὴ λέξης πέρα. 1275

1260 μάτην γὰρ ἂν εἴπης γε, πάντ' εἰρήσεται.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὕτω δέδοχται;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ πέρα γ' ἔσθ' ἢ λέγω.

V. 1251. Male Erfurdtnus cum Wakefieldio λόγους τ' ἄκουσον. Nam θάρσει est μὴ τάρσει.

V. 1257. Cod. Ven. ἀλλ' οὐτι μὴν νῦν.

V. 1259. Libri veteres παῦσαι.

V. 1261. Buttmanus: „quid hic esse possit amplius non facile comminiscaris. Non tam inepta quam longe plurima quae ad hoc drama protulit anonymus in Class. Journ. I. est haec eiusdem ad h. l. coniectura καὶ πέρα γ', ἔσται, λέγω.“ At aequae et inepta est et male Graeca haec coniectura, ut pleraeque illius viri. Πέρα ἢ λέγω est supra quam dico. Quibus verbis

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις
 ἔμοισιν· εἰ δὲ μὴ τι πρὸς καιρὸν λέγων
 κυρῶ, πέπαυμαι.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πάντα γὰρ φράσεις μάτην. 1280

1265 οὐ γὰρ ποτ' εὖνουν τὴν ἐμὴν κτήσει φρένα,
 ὅστις γ' ἐμοῦ δόλοισι τὸν βίον λαβὼν
 ἀπεστέρηκας. κᾶτα νουθετεῖς ἐμὲ
 ἔλθῶν, ἀρίστου πατρὸς ἀΐσχιτος γεγώς.
 ὄλοισθ', Ἀτρεΐδαι μὲν μάλιστ', ἔπειτα δὲ 1285
 1270 ὁ Λαρτίου παῖς, καὶ σύ.

quis non videat indicare Philoctetam, etiam fir-
 mius sibi quam dicat certum esse manere, adeo
 ut, si se vi abstrahere velint, potius mortem sibi
 consciscere constituerit.

V. 1266. Buttmannus: „minime necessarium
 est ut βίον mutemus cum voce epica βιόν. Vid.
 vers. 951. et 1126.“ Nimirum fuerunt, qui dubi-
 tarent, an βιόν scribendum esset. At id non
 modo non necessarium, sed perversum est, pla-
 neque imperiti vocandi erant, quibus vel in men-
 tem venire huiusmodi quid potuisset.

V. 1267. Plene interpunxi ante κᾶτα, ubi Butt-
 mannus nullam, caeteri minimam distinctionem
 habent. At propter fraudem odit Neoptolemum
 Philoctetes, non propter admonitionem, qua ille
 nunc usus est.

V. 1268. Libri ἔχθιστος. Ex Piersoni conie-
 ctura ad Moer. p. 135. probata Porsono ad Phoen.
 594. Erfurdcius, Schaeferus, Buttmannus ἀΐσχι-
 στος ediderunt. Id ego quoque recipiendum duxi.
 Raro ἀίσχρός de homine ipso, qui turpia facit,
 dicitur. Sed ita supra v. 895. ἀίσχρός φανοῦμαι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

δέχου δὲ χειρὸς ἐξ ἐμῆς βέλη τάδε.
μὴ πεύξῃ πέρα

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς εἶπας; ἄρα δεύτερον δολούμεθα;

V. 1272. Libri οὐκ ἄρα. Porsonus in praef. ad Hec. p. XI. aut ἄρ' οὐ aut ἄρα, omisso οὐκ, scribendum putat. Id a me ad Viger. not. 263. probatum, receptumque ab Erfurdio et Schaefero. Wakefieldius et Gernhardus οὐ γάρ, prior cum interrogatione, sine interrogatione alter. Ita Malthy ad Morelli Thes. p. 339. Porsonum ait, nisi fallatur, coniecisse. Ex his solum ἄρα huic loco accommodatum est. Buttmannus, quem hic quoque an anapaestus non sit removendus subdubitantem videas, servavit quidem vulgatam, sed fatetur optime legi ἄρα, deletο οὐκ. Remanet ei tamen scrupulus, unde ortum sit illud οὐκ. Ad id responderi potest, aut οὐκ esse ab interprete profectum, aut ἄρα. Et, si ἄρα, vix aliud, quam οὐ δὴ scribere potuit Sophocles. Nam quod negat Buttmannus convenire huic loco, quod Germanice dicatur: ich werde doch wohl nicht zum zweitemal betrogen? quia is nimis celer a tanta ira in fiduciam transitus sit, id ille recte de οὐκ ἄρα dixit, non recte de verbis istis Germanicis. Nam οὐκ ἄρα vertendum erat, ich werde also nicht zum zweitemal betrogen. Quam autem ipse dedit versionem, ea est particularum οὐ δὴ, neque illa hominis sincere secum agi putantis, sed potius novum sibi dolum metuentis oratio est. Subtile est discrimen in istiusmodi particularum potestate. Οὐ δὴ et οὐ δὴ που sunt doch nicht et doch nicht etwa, quae affirmative sine interrogatione a nobis per wohl exprimuntur, quod est simpliciter

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀπώμοσ' ἀγνοῦ Ζηνὸς ὑψίστον σέβας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ φίλτατ' εἰπών, εἰ λέγεις ἐτήτυμα, 1290

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1275 τοῦργον παρέσται φανερόν. ἀλλὰ δεξιὰν
πρότεινε χεῖρα, καὶ κράτει τῶν σῶν ὄπλων.

ΟΛΤΣΣΕΤΣ.

ἐγὼ δ' ἀπαυδᾷ γ', ὡς θεοὶ ξυνίστορες,

conicientis esse quid. Vide supra v. 888. et Oed. R. 1472. Οὐ δὴ ποτε autem doch wohl nicht, quod affirmative dicimus wohl gar: vide Electr. 1202. Trach. 876. quod est mirantis si sit, quod suspicatur esse. Οὐ τοί ποτε vero ia wohl nicht, quod affirmative dicitur ia wohl: vide Electr. 1182. quod est non tantum conicientis, sed simul etiam confirmantis coniecturam suam.

V. 1273. Libri, ἀγνοῦ Ζηνὸς ὑψίστον σέβας. Wakefieldius et Porsonus ad Med. 750. ἀγνὸν Ζηνὸς ὑψίστον σέβας, valde probabiliter, non tamen, ut necessaria sit ea mutatio, praesertim quum etiam ipse Iuppiter ἀγνὸς vocetur ab Aeschlylo in Suppl. 661.

V. 1277. Scholiastes: ὡς θεοὶ ξυνίστορες, μαρτύρομαι τοὺς θεοὺς, ὅτι ὁ ποιῶ, εἰς χάριν καὶ σωτηρίαν ποιῶ τῶν Ἀτρειδῶν. Hic videtur ὡς non cum θεοὶ ξυνίστορες, sed cum ὑπὲρ Ἀτρειδῶν construxisse, quae incommoda et difficilis constructio est. Buttmannus non aliam se videre rationem ait, quam ut sensus sit, nam dii me audiunt: quod ei tamen non satisfacit. Formula ista θεοὶ ξυνίστορες fere significat sciunt dii. Sic in Antig. 542. Eurip. Suppl. 1173. Idem dicitur etiam Ἰσασιν. Eurip. Med. 1372. seq. Atque ut in eadem fabula

ὑπὲρ τ' Ἀτρειδῶν τοῦ τε σύμπαντος στρατοῦ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

τέκνον, τίνοσ φώνημα; μῶν Ὀδυσσεῶσ 1295

1280 ἐπησθόμην;

ΟΛΥΣΣΕΥΣ.

σάφ' ἴσθι· καὶ πέλασ γ' ὄρασ,
ὅσ σ' ἐσ τὰ Τροίας πεδί' ἀποστελῶ βία,
εἰάν τ' Ἀχιλλέωσ παῖσ, εἰάν τε μὴ θέλη.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἀλλ' οὔ τι χαίρων, ἦν τόδ' ὀρθωθῆ βέλοσ.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ᾶ, μηδαμῶσ, μὴ πρὸσ θεῶν, μεθῆσ βέλοσ. 1300

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1285 μέθεσ με, πρὸσ θεῶν, χεῖρα, φίλτατον τέκνον.

v. 476. scriptum est, ἔσασα σ', ὡσ ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι ταυτὸν συνεισέβησαν Ἀργῶν σκιάφοσ, ita ego quidem hic etiam ὡσ θεοὶ ξυνίστορεσ dictum puto: ego vero veto, uti dii sciunt, pro Atridis universoque exercitu. Sic Demosthenes p. 1471, 9. Ac necessario ita dicendum erat. Nam omisso ὡσ, obtestatio illa deorum ad verbum ἀπανθῶ spectaret. At non quod vetat indiget obtestatione, sed quod vetat communis Graecorum salutis caussa.

V. 1284. Libri veteres ᾶ ᾶ, Brunckius ᾶ ᾶ. Tricliniani semel ᾶ. Suidas hanc exclamationem, si sit μετ' ἐκπλήξεωσ καὶ παρακελεύσεωσ, acutis accentibus ᾶ ᾶ scribi ait. Quod non videtur indocte dictum. Sed etiam si ita scribatur, tamen utraque vocalis producitur. Eurip. Orest. 1598. Ο. ἔσται τὰδ'. M. ᾶ ᾶ, μηδαμῶσ δράσησ τὰδε. Itaque hic si ᾶ ᾶ vel ᾶ ᾶ scribitur, debet haec exclamatio a trimetro disiungi, et μὴ, μηδαμῶσ scribi. Brunckius plene interpunxerat post μηδαμῶσ, ubi nulla in antiquissimis edd. interpunctio est.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

οὐκ ἂν μεθείην.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

φεῦ· τί μ' ἄνδρα πολέμιον
ἐχθρόν τ' ἀφείλου μὴ κτανεῖν τόξοις ἔμοις;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἄλλ' οὐτ' ἔμοι τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοὶ καλόν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἄλλ' οὖν τοσοῦτόν γ' ἴσθι, τοὺς πρώτους
στρατοῦ, 1305

V. 1286. Brunckii cod. B. μεθείην, Deinde Tricliniani, τίν' ἄνδρα. Cod. Ven. τί γ' ἄνδρα.

V. 1287. Libri veteres, ἄλλ' οὐτ' ἔμοι καλόν τοῦτ' ἐστὶν οὔτε σοί. Edd. Triclinianae, ἄλλ' οὐτ' ἔμοι τοῦτ' ἐστὶ καλόν, quod revocavit Buttmanus, cui soli doctorum nondum satis certum videtur, tragicos nunquam priorem huius nominis syllabam produxisse. Neque ego contradicam: immo aliud quotatur exemplum suppeditabo, Aeschyli apud Athen. XIV. p. 652. C. εἴτ' οὖν σοφιστῆς καλὰ παραπαίων χέλυν. Sunt enim etiam in litteris nonnulla, de quibus ei, cui usus desit, non persuadeas. Brunckius τὸδ' ἐστὶν pro τοῦτ' ἐστίν, non male: vide Wunderum p. 29. Sed numerosior tamen et verbis melius ad ictus metricos aptatis servabitur τοῦτο, καλόν autem in fine versus collocabitur, quod fecerunt Wakefieldius atque Erfurdus. Scilicet deletum est illo loco, quia, quum haec vox explicandi causa ad ἔμοι adscripta in textum venisset, versus septem pedibus constabat.

V. 1289. In scholiis ita scriptum: ἄλλ' οὖν τοσοῦτος. ἄλλ' οὐ γενναῖον ἄνδρα φρονέσω. πάντες γὰρ οἱ κήρυκες τῶν Ἑλλήνων ἀσθενεῖς εἰσὶ, καὶ ἡ ἀνδρεία αὐτῶν ἄχρι τοῦ λέγειν. Eadem Triclinius, sed praemittens ἀντὶ τοῦ ψευδοπρεσβευτάς, ἡψευδῶς κήρυσσομένους καὶ ἐγκωμιαζομένους. Brun-

1290 τοὺς τῶν Ἀχαιῶν ψευδοκήρυκας, κακοὺς
ὄντας πρὸς αἰχμὴν, ἐν δὲ τοῖς λόγοις θρασεῖς.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

εἶεν. τὰ μὲν δὴ τόξ' ἔχεις, κοῦκ ἔσθ' ὅτου
ὀργὴν ἔχοις ἂν οὐδὲ μέμψιν εἰς ἐμέ.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ξύμφημι. τὴν φύσιν δ' ἔδειξας, ᾧ τέκνον, 1310
1295 ἔξ ἧς ἔβλαστες· οὐχὶ Σισύφου πατρός,
ἀλλ' ἔξ Ἀχιλλέως, ὃς μετὰ ζώντων θ' ὄτ' ἦν
ἦκου' ἄριστα, νῦν δὲ τῶν τεθνηκότων.

ckius, qui non solum post ψευδοκήρυκας cum edd. sed etiam post Ἀχαιῶν commate distinxit, ita haec vertit: verum hoc saltem scito, princeps illos Achivorum exercitus nihil aliud quam vanitatis praecones esse, ignavos ad pugnam, lingua autem feroces. At id scribi debuisset τοῦ τῶν Ἀχαιῶν. Buttmannus in Wakefieldii explicatione acquievit, qui ψευδοκήρυκας mendaces oratores interpretatus, eo nomine contumeliose appellari Vlysem existimat. Non satis accurate. Hoc dicit Philoctetes: at hoc tamen scito, primarios illos in exercitu viros, Achivorum illos mendaciorum praecones, ignavos ad pugnam, lingua vero feroces esse. Mendacia quae intelligat, supra significavit v. 1014. ἐμὲ δὲ τὸν πανάθλιον — ἄτιμον ἔβαλον, (οἱ Ἀτρεΐδαι) ὡς σὺ φῆς, κείνοι δὲ σέ.

V. 1291. Cod. Ven. οὐ δὲ pro ἐν δέ.

V. 1292. Pro δὴ, quam particulam cod Ven. omittit, Harl. habet τοι. Iidem codd. cum edd. vett. ὅπον. Praestare tamen videtur, quod ex Triclinianis etiam Brunckius recepit, ὅπον.

V. 1297. Brunckius et Erfurdtius cum Triclinianis νῦν τε. Ex silentio Porsoni colligas sic etiam in Harl. esse. Sed cod. Ven. et edd. vett. νῦν δέ, quod Buttmannus deletο δ' post ζώντων

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἦσθην πατέρα τε τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε,
 αὐτόν τε μ' ὦν δέ σου τυχεῖν ἐφίεμαι, 1315
 1300 ἄκουσον. ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν
 τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν.
 ὅσοι δ' ἐκουσίοισιν ἔγγεινται βλάβαις,
 ὥσπερ σύ, τούτοις οὔτε συγγνώμην ἔχειν

non spernendum putat. Immo ne servato quidem illo & sperni debebat, quum recte sibi τὲ et δὲ respondeant, ubi a partitione in oppositionem transitur.

V. 1293. Erfurdcius e Brunckii cod. Tricliniano πατέρα τὸν ἀμόν. Codd. B. et Ven. πατέρα τὸν ἐμόν. Sic etiam apud Eustathium p. 737, 5. (631, 23.) quod non mirandum, quum ille omitat, quae sequuntur, αὐτόν τε με. Caeteri vet. libri, ipsaeque edd. Triclinianae, πατέρα τε τὸν ἐμόν, quod nom immerito Elmsleius ad Med. 369. longe melius esse iudicat. Buttmano πατέρα τὸν ἀμόν eo displicet, quod oratio acgre careat particula τὲ. Rectius mea sententia illo utare argumento, quod ἀμός, etsi significatione non diversum ab ἐμός, tamen colorem addit orationi hic non satis aptum. Nam τὲ quidem recte omitti poterat, quo facto leviter mutata esset sententia.

V. 1299. Brunckius et Buttmannus αὐτόν τ' ἐμ'. At recte libri αὐτόν τε μ'. Aliud est ἐμὲ αὐτόν, aliud αὐτόν με. Atque hoc in contextu ne potuisse quidem sine vitio αὐτόν ἐμὲ dici existimo.

V. 1300. Apud Suidam v. τύχη legitur θεοῦ, etiam in cod. Leid.

V. 1302. Edd. Triclinianae, ἐκουσίοισιν. Codd. Harl. et Ven. ἐκουσίησιν. Caeteri veteres libri et Suidas v. τύχη habent ἐκουσίοισιν. Suidae cod. Leid. ἐκούσιοι εἰσίν.

V. 1303. Cod. Ven. τούτοισιν οὐδέ, et v. seq. οὐδ'. Ibi Suidae cod. Leid. οἰκτεῖρειν.

- δίκαιόν ἐστίν, οὐτ' ἐποικτεῖρειν τινά. 1320
 1305 σὺ δ' ἠγρίωσαι, κοῦτε σύμβουλον δέχει,
 εἴαν τε νουθετῆ τις εὐνοία λέγων,
 στυγεῖς, πολέμιον δυσμενῆ θ' ἠγούμενος.
 ὅμως δὲ λέξω· Ζῆνα δ' ὄρκιον καλῶ·
 καὶ ταῦτ' ἐπίστω, καὶ γράφου φρενῶν ἔσω. 1325
 1310 σὺ γὰρ νοσεῖς τόδ' ἄλλος ἐκ θείας τύχης,
 Χρῦσης πελασθεῖς φύλακος, ὃς τὸν ἀκαλυφῆ
 σηκὸν φυλάσσει κρύφιος οἴκουρῶν ὄφρις·

V. 1305. Erfurdtius e Wakefieldii coniectura κοῦτι. Recte et libri κοῦτε, et Suidas v. ἠγρίωσαι, ubi σύμβουλον legitur, λέγων autem in cod. Leid. deest.

V. 1307. Observa πολέμιον, ictu numeri in secundam, non ut in antiqua tragoedia solebat, in primam incidente.

V. 1309. Apud Suidam legitur γράφει, qui hunc et seq. versum affert in v. ἐπίστω. Γράφου hic pro γράφει dictum putat Eustathius p. 806, 56. (727, 10.)

V. 1311. Cod. Ven. χρυσῆς. Chrysen intellige nympham: v. ad v. 194. non, ut Buttmanno placet, Minervam. Nam quod is ait eo loco, ubi de Chrysa disputat, honoris appellationem, qua χρυσῆ vocetur Minerva, in cognomen vertisse, id demonstrari argumentis exemplisque debebat. Quae unde deprompturus sit, nescio. Aliud est enim cognomen a munere, officio, dignitate, voluntate, facta, loco petitum; aliud appellatio honorifica, quae non addito ipso dei deaeve nomine inanis est. Omniumque maxime, si quae dea χρυσῆ quasi proprio nomine dicta esset, eam non Minervam, sed Venerem esse consentaneum foret.

V. 1312. Σηκὸς quid sit, melius Arnaldo Animadv. I. 1. docuit Valckenarius Animadv. ad Ammon. p. 153. seqq.

καὶ παῦλαν ἴσθι τῆςδε μὴ ποτ' ἐντυχεῖν
νόσου βαρείας, ὡς ἂν οὗτος ἥλιος

1330

V. 1313. Libri, μὴ ποτ' ἐντυχεῖν. Elmsleius ad Aiac. v. 1081. coniciebat, μὴ ποτ' ἂν τυχόν, quia neque ἐντυχεῖν futurum esset, et ἴσθι cum participio deberet construi. Sed ad Med. 531. praefendum putat, quod Porsonus apud Kiddium p. 220. et Schaeferus Melet. cr. p. 86. coniecerunt, μὴ ποτ' ἂν τυχεῖν. Nihil opus emendatione. Nam, quod vidit Matthaei, sensus est: scito numquam huius mali finem fore. Futuro hic aut particula ἂν non opus: nihil enim obstat, quin talis sententia praesenti tempore vel aoristo proferatur. Nam aoristi infinitivus e verbis cogitationem aut voluntatem significantibus pendens non necessario ad tempus vere praeteritum refertur. Ἐντυγχάνειν autem etiam eventus dicitur. Aeschylus Pers. 708. ἀνθρώπεια δ' ἂν τοι πράγματ' ἐντύχοι βροτοῖς.

V. 1314. Libri, ὡς ἂν αὐτὸς ἥλιος. Erfurdinus cum Brunckio, ἔς τ' ἂν οὗτος ἥλιος. Doederlinus in Specimine p. 54. ἔς τ' ἂν αὐτὸς ἥλιος. Apposite Brunckius quum alia, quibus οὗτος firmaretur, tum hoc Herodoti VIII. 143. attulit: νῦν δὲ ἀπάγγελλε τῷ Μαρδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔς τ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἦν τῆπερ καὶ νῦν ἔρχεται, μῆποτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ. quod ipsum dictum aliquid confert ad communiendum illud οὗτος, si quidem δείξας τὸν ἥλιον responsum illud suasisse Aristides dicitur: v. interpretes Herodoti. Alia exempla adiecit Elmsleius ad Ai. 1081. Atque etsi quodam modo explicari potest αὐτός, de qua re dixi ad Antig. 920. tamen fatendum est, satis iam illis verbis, ταύτη μὲν αἴρη, τῆςδε δ' αὖ δύνη, id esse explicatum, quod Herodotus dixit τὴν αὐτὴν ὁδόν, ut supervacaneum atque inutile sit, addi αὐτός: quod contra, si οὗτος scribitur, tam gravis fit ac nervosa oratio, ut non dubitandum videatur,

1315 ταύτη μὲν αἴρη, τῆδε δ' αὖ δύνη πάλιν,
 πρὶν ἂν τὰ Τροίας πεδί' ἐκὼν αὐτὸς μόλῃς,
 καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχῶν Ἀσκληπιδῶν,

quin id ipsum sit a poeta hoc loco positum. Ὡς ἂν autem non mutem. Nam etsi recte dixit Buttmannus, quae a Porsono ad Phoen. 89. disputata sint, non quadrare in hunc locum: tamen haud ita dissimilis quaedam ratio videtur esse, qua quod proprie ἕως ἂν dicendum erat, aliquando etiam ὡς ἂν dici potuerit. Nam quum ὡς ἂν proprie sit utcumque, non est obscurum, si quis dicat, utcumque sol hac parte oriatur, illa occidat, numquam finis erit huic malo, id nihil aliud esse, quam duraturum esse illud malum quamdiu sol teneat cursum suum.

V. 1317. Libri veteres, καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐντυχῶν Ἀσκληπιδῶν. Cod. Ven. edd. Triclinianae Ἀσκληπιδῶν. Permira, ne dicam horrenda, commenti sunt viri docti. Toupius ad Suidam vol. I. p. 168. (I. p. 110. ed. Lips.) Ἀσκληπιῶν coniecit, Podalirium et Machaonem Aesculapios dici ratus; quam bellissimam emendationem non minus belle defendit in praefatione ad partem tertiam, vol. II. praemissa. Porsonus in Appendice ad Toupium p. 445. ἐντυγγάνειν genitivo consociari negans, καὶ τοῖν παρ' ἡμῖν conieciabat, abstinens a postremo verbo, sapientius profecto, quam in praefat. ad Hecub. p. 35. ubi scribendum pronunciavit, Ἀσκληπιάδαιν δὲ τοῖν παρ' ἡμῖν ἐντυχῶν. Erfurdcius dedit, καὶ τοῖν παρ' ἡμῖν ἐντυχῶν Ἀσκληπιδαῖν. Buttmannus denique Ἀσκληπιδῶν, formam analogiae minus congruam, metri caussa admissam putat: haec insuper verba adiiciens: „et minus, opinor, placebant οἱ παρ' ἡμῖν Ἀσκληπιῶν;“ ut videatur ei in mentem venisse, quod nesciebat, iam ab Elmsleio esse propositum in censura Hecubae Porsonianae p. 69. sive post Iphigenias p. 250.

νόσου μαλαχθῆς τῆσδε, καὶ τὰ Πέργαμα

καὶ τοῖν παρ' ἡμῖν ἐντυχῶν Ἀσκληπιοῦ. Non miror, si minus placuit Sophocli, quod scire cupiam, quis umquam in Graecia aut dixerit aut, si dictum audivisset, intellexisset. Isto quidem modo etiam hoc Graece diceretur: Ἀσκληπιοῦ ἐθεράπευσαν τὸν Φιλοκτήτην. Hic nimirum fructus est ineptae illius ellipsium doctrinae. Nam recte sane diceretur eo quo hic debet sensu οἱ παρ' ἡμῖν Ἀσκληπιοῦ, si intelligeretur quod volunt, παῖδες. At non magis hoc, quam in illo, Hectoris Andromache, illud, uxor, sed, si quidquam, ὄντες intelligitur. Quare dici quidem illud potest, sed hoc tantum sensu, qui apud nos Aesculapii sunt, i. e. quos Aesculapii esse nos quidem putamus. Quod si quis qui apud se sint Aesculapii filios istis verbis diceret, is geminata uteretur ellipsi, quae expleta vide quam bellam orationem praebeat: οἱ παρ' ἡμῖν ὄντες Ἀσκληπιοῦ ὄντες. Mea sententia rectius fecissent viri docti, si, priusquam corrigerent illud Ἀσκληπιδῶν, haec Etymologici M. p. 210, 11. perpendissent: οἱ δὲ ποιηταὶ πολλάκις ἀποβάλλουσι τὸ α, οἶον, Ἐριχθονιάδης, Ἐριχθονίδης· Τελαμωνιάδης, Τελαμωνίδης. In constructione verbi ἐντυχῶν frustra sese torserunt viri docti eo, quod veram constructionem non intellexerunt, quae haec est: πρὶν ἂν μαλαχθῆς νόσου τῆσδε, ἐντυχῶν τούτῳ (τῷ μαλαχθῆναι) τῶν παρ' ἡμῖν Ἀσκληπιδῶν· priusquam leveris hoc morbo, consequutus id ab Aesculapii qui apud nos sunt filiis. Vide ad v. 320. et Reisigium in comment. crit. ad Oed. Col. p. 370.

V. 1318. Quoniam in eo, quod quis μαλάσσεται, liberatio a morbo posita est, constructum est hoc verbum cum genitivo. Id plenius dicas, μαλασσόμενος ἀπαλλαχθῆς νόσου τῆσδε.

- ξύν τοῖςδε τόξοις, ξύν τ' ἐμοὶ πέρσας φανῆς. 1335
 1320 ὥς δ' οἶδα ταῦτα τῆδ' ἔχοντ', ἐγὼ φράσω.
 ἀνὴρ γὰρ ἡμῖν ἐστὶν ἐκ Τροίας ἀλούς,
 Ἐλενος ἀριστόμαντις, ὃς λέγει σαφῶς
 ὡς δεῖ γενέσθαι ταῦτα· καὶ πρὸς τοῖςδ' ἔτι,
 ὡς ἔστ' ἀνάγκη τοῦ παρεστῶτος θέρους 1340
 1325 Τροίαν ἀλῶναι πᾶσαν· ἢ δίδωσ' ἐκὼν
 κτείνειν ἑαυτόν, ἣν τάδε ψευσθῆ ἴλέγων.
 ταῦτ' οὖν ἐπεὶ κάτοισθα, συγχῶρει θέλων.
 καλὴ γὰρ ἢ πίκτησις, Ἐλλήνων ἕνα

V. 1321. Elmsleius in censura Herc. fur. a me editi ad v. 1237. scribi iubet ἀνὴρ παρ' ἡμῖν ἐστίν. Non opus, si ἡμῖν cum ἀλούς construas. Ac non male cod. Ven. ἀνὴρ γὰρ ἐστὶν ἡμῖν, modo id ἡμῖν scribatur. Caeterum qui negligentius scriptam esse hanc fabulam contenderunt, non debent hunc locum praetermittere, in quo sic fit Heleni mentio, ac si nihildum de eo accepisset Philoctetes. At audierat ille de vate isto iam supra v. 600. seqq. licet ita, ut, quoniam omnis illa oratio plena erat mendaciis, hoc quoque ei fictum videri possit. Quare haud scio an rectius fecisset Sophocles, si aliquo saltem verbo illuc respiciens, re vera vatem quemdam Helenum captum esse dixisset.

V. 1326. Verba ἣν τάδε ψευσθῆ ἴλέγων male vertit Brunckius, si haec mentitus fuerit. Id Graece diceretur ἣν τάδε ψεύσεται. Recte Matthaei: si falsus sit, falsus reperiatur.

V. 1327. Buttmannus: „synalophes signum posui in συγχῶρει θέλων, quoniam in significatione voluntarius, sponte non nisi forma ἐθέλων usitabatur.“ Non opus, ut exemplis refutem, quod falsum esse nemini, qui tragicos legerit, ignotum esse potest.

V. 1328. Ἐπίκτησις lucrum est, quod ad alia commoda adiicitur. Id continetur eo, quod prae-

κρινθέντ' ἄριστον, τοῦτο μὲν παιωνίας 1345
 1330 εἰς χεῖρας ἔλθειν· εἶτα τὴν πολύστονον
 Τροίαν ἔλόντα, κλέος ὑπέρτατον λαβεῖν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ στυγνὸς αἰὼν, τί με, τί δῆτ' ἔχεις ἄνω
 βλέποντα, κούκ ἀφῆκας εἰς Ἄιδου μολεῖν;
 οἷ μοι· τί δράσω; πῶς ἀπιστήσω λόγοις 1350
 1335 τοῖς τοῦδ', ὅς εὖνους ὦν ἐμοὶ παρήνεσεν;
 ἀλλ' εἰκάθω δῆτ'; εἶτα πῶς ὁ δύσμορος
 εἰς φῶς, τάδ' ἔρξας, εἶμι; τῶ προσήγορος;
 πῶς, ὦ τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοῦ κύκλοι

ter liberationem a morbo expugnationemque ur-
 bis, unus omnium optimus vir habebitur.

V. 1332. Vulgo τί με τί δῆτ'. Et sic etiam
 codd. B. et Ven. Sed Harl. aliique libri apud
 Brunckium τί με δῆτ'. Ed. Turn. τί με τῆδ'.
 Toupius ad Suidam vol. I. p. 179. seq. (118. ed.
 Lips.) τί μ' ἔτι δῆτ', approbantibus Brunckio, Er-
 furdtio, Buttmanno. Et hic quidem, etsi duplex
 interrogatio per se non mala sit, tamen ἔχειν so-
 lum sine ἔτι non facere iustam oppositionem pu-
 tat ad illa, κούκ ἀφῆκας. Mihi secus videtur:
 tanto minus enim opus est isto ἔτι, quia illa ipsa,
 κούκ ἀφῆκας εἰς Ἄιδον μολεῖν, si expendas, nihil
 aliud sunt quam ἔτι, ut sic demum, si ommissa
 sint illa, non potuerit ἔτι commode omitti.

V. 1337. Schaeferus in Melet. cr. p. 137. con-
 iiciebat τοῦ προσήγορος. Scholiastes minor inter-
 pretatur, τίς με προσαγορεύσει. Recte Buttman-
 nus mutuum alloquium illa formula indicari
 vidit.

V. 1338. Libri veteres ἀμφ' ἐμοῦ. Tricliniani
 ἀμφ' ἐμοί. Omnes post κύκλοι commate inter-
 pungunt, ταῦτ' ἐξανασχέσεσθε iungentes, post quae
 verba Triclinianae et recentiores edd. iterum com-
 ma habent, quod nullum est in antiquis libris.

ταῦτ', ἐξανασκήσεσθε τοῖσιν Ἀτρέως
 1340 ἐμὲ ξυνόντα πασιβ, οἳ μ' ἀπόλεσαν;
 πῶς τῷ πανώλει παιδὶ τῷ Λαερτίου;

1355

Scholiasies: πῶς ὃ τὰ πάντα ἰδόντες. τὰ περὶ
 ἐμὲ πάθῃ εἰδότες ἐνιαυτοὶ τοῦ αἰῶνος. χρόνοι.
 Brunckius: „κύκλοι perperam scholiasies accipit,
 annos exponens, quod ineptum est. Alii cum
 Camerario non melius Philoctetam suos oculos
 adloqui censuerunt. Astrorum adloquitur orbis.
 Hunc locum optime convertit Georgius Ratalle-
 rus: O circuli caelo micantes, qui ma-
 la, quibus miser agitor, videtis omnia,
 haec quomodo vos sustinebitis?“ Butt-
 mannus ita: „hos circulos alii de ipsius oculis in-
 telligunt, ut Oed. T. 1270. τῶν αὐτοῦ κύκλων.
 Sed melius, opinor, alii de sole, luna, astris.
 Certe de oculis suis inficetum esset dicere quem-
 quam, qui me vident conversantem cum illo. De
 annorum autem circulis nemo, opinor, praeter
 scholiasien hic facile cogitarit.“ At ne de sideribus
 quidem quisquam cogitare debebat. Ignoscant
 enim, qui talia concoquere potuerunt, si hoc
 portentum interpretationis esse dicam. Has tur-
 bas una male posita virgula excitavit. Nam si
 vidissent critici, quod mirum est eos non vidisse,
 non post κύκλοι, sed post ταῦτα incidendum esse,
 non reiecissent, quod integri vir iudicii Camera-
 rius indicaverat. Κύκλοι enim non possunt ullo
 modo nisi de ipsius Philoctetae oculis intelligi.
 Hoc ille dicit: quomodo, o qui ista omnia
 in me commissa vidistis oculi, Atrei
 me filiis Vlyssique conversantem sus-
 tinebitis? Ἀμφ' ἐμοῦ cur mutaretur, non erat ido-
 nea caussa, praesertim quum id suavius ad aures
 accidat, sequente κύκλοι.

V. 1341. Male Brunckius cum Triclinianis, τοῦ
 Λαερτίου. Veteres libri, τῷ Λαερτίου, merito pro-
 batum Porsono ad Phoen 145.

οὐ γὰρ με τάλγος τῶν παρελθόντων δάκνει·
 ἀλλ' οἷα χρῆ παθεῖν με πρὸς τούτων ἔτι
 δοκῶ προλεύσσειν. οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν 1360
 1345 μῆτηρ γένηται, τάλλα παιδεύει κακά.

V. 1342. Scholio praefixum, οὐ γὰρ μ' ἔτ'
 ἄλγος.

V. 1345. Cod. Harl. καὶ τάλλα. Buttmanus:
 „vox κακὰ priori loco prava consilia significat, ut
 425. Hinc pro τάλλα Erfurdlius corrigit τάργα.
 Sed haec in consiliis, puto, hic quidem iam sunt
 comprehensa. Brunckius sic: quibus enim
 mens semel mala progenuit, ea illos por-
 ro quidquid reliquum est malidocet. Eam-
 que veram esse explicationem censeo: nam γένη-
 ται hic valet facta est; et ad παιδεύει optime
 intelligitur τούτους.“ At haec tantum abest ut
 vera sint, ut sint etiam perversa. Nam quum
 κακῶν universe de malis dictum sit, non possunt
 his opponi τὰ ἄλλα κακά: comprehensa sunt enim
 his malis, quorum mater prava mens est. Id sen-
 tientes, Wakefieldius τάλλα πιδύει κακά, Erfurd-
 lius τάργα παιδεύει κακά corrigebant. Neuter
 recte. Sana est enim librorum scriptura, modo
 memineris, oppositionem esse inter γνώμη et τάλλα,
 κακὰ autem non substantivi, sed adiectivi officio
 fungi: quibus mens mater malorum est,
 caetera quoque ita instituit, ut fiant
 malá. Vsitatissimum est, ita cum verbis construi
 adiectiva, ut id quod efficiatur designent. Ita
 hic τάλλα παιδεύει κακὰ significat τάλλα παιδεύουσα
 ποιεῖ κακά. Aperteque quae sequuntur ostendunt,
 hoc dicere Philoctetam, qui ipsi mala mente sint,
 facere ut quidquid aliorum hominum circa se ha-
 beant, non minus ad pravitatem consiliorum in-
 stituant: exemplo ipsum esse Neoptoleum, qui
 quamvis magna ab illis iniuria affectus, tamen se
 ut cum iis conspiraret adduci sit passus.

Soph. Vol. VI.

Q

καὶ σοῦ δ' ἔγωγε θαυμάσας ἔχω τόδε.
 χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν,
 ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, οἳ γέ σου καθύβρισαν,
 πατρὸς γέρας συλῶντες. οἷ τὸν ἄθλιον 1365

V. 1346. Porsonus ad Orest. 614. παῖ, σοῦ δὲ scribe iubebat, non putans tragicos καὶ—δὲ iunxisse. De ea opinione vide ad Viger. p. 847. Nam Porsonus neque quum de particulis istis ita praeciperet, cogitabat, quale id esse deberet, quod a tragicis abiudicari posset; neque quum apud Sophoclem istam subitam quam dicit orationis ad Neoptolemum conversionem adhibendam censeret, loci huius rationem consideraverat. In fine versus Brunckius cum Triclinianis τᾶδε. Recte veteres libri τόδε.

V. 1348. Libri οἳ τέ σου. Brunckius cum eoque Erfurdcius, οἳ γέ σου. Illud οἳ τέ σου servavit Buttmanus, plena distinctione ante haec verba posita. Nam „Aug. Matthiaeus,“ inquit, „primus vidit, sermone in verbo ἀπείργειν graviter abrupto, verba οἳ σοῦ καθύβρισαν referenda esse ad sequens εἶτα τοῖςδε σύ.“ Fecerat id Matthiae in Obs. crit. p. 9. repetiitque in Miscell. philol. vol. II. P. I. p. 18. utroque loco, ut par erat, οἳ γε scribens. De interpunctione autem et constructione, sat scio, aliter hodie sentiet vir doctissimus. Nam οἳ γε nihil aliud esse quam quum illi, quis nesciat? Videant, si qui dubitant, Reisigii enarrationem Oed. Col. ad v. 417. et de hoc ipso Sophoclis loco disputantem Wunderum p. 19.

V. 1349. Tricliniani, γέρας πατρὸς συλῶντες. Quae sequuntur verba, οἳ τὸν ἄθλιον Ἄλανθ' ὀπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκη Ὀδυσσεως ἐκριναν, Brunckius eiecit, ut ab inepto interpolatore inserta: nihil enim rerum ad Troiam gestarum ante illum diem inaudivisse Philoctetam; ignorare eum litem

1350 Αἶανθ' ὄπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκη
 Ὀδυσσεώς ἔκριναν. εἶτα τοῖσδε σὺ
 εἶ ξυμμαχήσων, καὶ μ' ἀναγκάζεις τάδε;

Vlyssis cum Aiace de armis Achillis; quin ante Achillem fato functum esse Aiace ab ipso supra Neoptolemo narratum esse; denique colorem ipsum assuti centonis manganem prodere. Persuasit ille hoc Schaefero, Buttmanno, Iacobo. Restituit eiecta a Brunckio Erfurdcius, recte indicans neque in dicendi genere esse quo quis offendatur, neque Aiace ante Achillem mortuum perhiberi v. 410. sed satius fuisse censens, negligentiae poetam postulare. Ac negligentiae quidem reprehensione non potest liberari, excusari vero potest, ut ego quidem puto, magis etiam quam factum est a Wundero, qui pluribus de hoc loco disputavit p. 20. seqq. Nam etsi illud non est satis circumspicte factum, quod Philoctetes superstitem Achilli Aiace esse sumit, quum id ex iis, quae acceperat, colligere non potuerit, tamen, quoniam spectatores in ea re non offendebant, qui de morte certe Aiace relatum esse Philoctetae meminissent, nihil impediēbat, quin ille, quum Vlyssi adiudicata esse Achillis arma sciret, propterea indignaretur, quod ea non Aiace potius data essent. Quae quum dicit, ἄθλιον recte vocare potest Aiace, quia eum mortuum esse dolet; δίκη autem ideo existimandus est adiicere, quod, si Vlyssi adiudicata sint arma, quaesitum esse necesse sit, cui darentur, iustumque visum, dari Vlyssi.

V. 1352. A Brunckio illatum καὶ μ' in locum vulgati καὶ μ'. Deinde cod. Ven. et Tricliniani τόδε, quod praetulit Buttmannus. Non repugno, si ad solam ξυμμαχίαν refertur: sin de navigatione ad Troiam, de societate belli, de gratiae cum Atridis reconciliatione dictum est, praestat veterum librorum scriptura τάδε.

μη δῆτα, τέκνον· ἀλλ', ἅ μοι ξυνώμοσας,
πέμψον πρὸς οἴκους· καὐτὸς ἐν Σκύρω μένων
1355 ἕα κακῶς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι κακοῦς.

χοῦτω διπλῆν μὲν ἐξ ἔμοῦ κτήσει χάριν, 1370
διπλῆν δὲ πατρός· κού κακοῦς ἐπωφελῶν
δόξεις ὅμοιος τοῖς κακοῖς πεφυκέναι.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

λέγεις μὲν εἰκότ'· ἀλλ' ὅμως σε βούλομαι
1360 θεοῖς τε πιστεύσαντα, τοῖς τ' ἔμοις λόγοις,
φίλου μετ' ἀνδρός τοῦδε τῆσδ' ἐκπλεῖν χθονός. 1375

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἢ πρὸς τὰ Τροίας πεδία καὶ τὸν Ἀτρέως
ἔχθιστον υἱὸν τῷδε δυστήνῳ ποδί;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πρὸς τοὺς μὲν οὖν σε τήνδε τ' ἔμπυον βάσιν
1365 παύσοντας ἄλγους, κάποσώζοντας νόσου.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὦ δεινὸν αἶνον αἰνέσας, τί φῆς ποτε; 1380

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ σοί τε κάμοι καλὸν ὄρω τελούμενον.

V. 1355. De collocatione verborum κακῶς κακοῦς, vel κακοῦς κακῶς videndus Elmsleius ad Med. 787. Caeterum hic versus parum numerosus est.

V. 1356. Duplicem, ut et relictis Atridis, et restituto in patriam Philocteta.

V. 1365. Libri κάποσώζοντας. Heathio auctore repositum ab editoribus futurum: vereor ne non recte, si quidem haec postrema verba ad id quod nunc fit spectant. Iam nunc enim ex eo qui adhuc fuit morbi statu eripiunt Philoctetam Atridarum iussu Vlysses et Neoptolemus.

V. 1367. Libri ἅ σοί τε κάμοι καλ' ὄρω τελούμενα, quod ferendum Buttmanno relinquimus:

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

καὶ ταῦτ' ἀλέξας, οὐ καταισχύνει θεούς;

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

πῶς γάρ τις αἰσχύνοιτ' ἂν ὠφελούμενος;

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

1370 λέγεις δ' Ἀτρείδαις ὄφελος, ἢ π' ἐμοὶ τάδε;

vide ad v. 1284. Tamen Brunckii cod. Triclinianus et Venetus καλῶς ὄρω. Porsonus apud Kid-dium p. 220. κοῖν' ὄρω, commune commodum, opinor, intelligi volens. Languet hoc, nec multo melius Erfurdiius χρῆσθ' ὄρω. Brunckius κάλ' ἔσορω, male; paullo melius coniecisset κάλ' ἔνορω. Elmsleius ad Med. 1067. κάλ' ἂν ὄρω, quod mihi hic iusto dubitantius dictum videtur. Non enim, si fierent ista, sed fieri decorum dicit Wunderus denique p. 29. ἂ σοὶ τε κἀμοὶ καλὸν ὄρω τε-λούμενα, constructione duriore. Proclive erat hanc viam ingresso etiam in reliquis verbis numerum singularem restituere. Id igitur feci. Saepius enim videmus singularem ab librariis in pluralem esse conversum. Exempla quaedam dedit Porsonus ad Med. 5. Adde Aeschyl. Prom. 264. 349.

V. 1368. Edd. vett. καταισχύνειν. Tricliniani καταισχύνη. Sensus est: et non vereris deos, quum decorum mihi esse dicis, ad Troiam Atridasque redire?

V. 1369. Male Heathius coniciebat ὠφελουμένους. Vide ad v. seq.

V. 1370. Cod. Ven. omittit δ'. In fine versus Brunckius e cod. B. τόδε, quem sequitur Butt-mannus. Id Wakefieldio glossatorem olere visum. Differunt illa nonnihil ad sensum. Nam si τόδε legitur, hoc dicit: quod narras commodum ad Atridasne an ad me spectat? Sin τάδε, hoc: vocasne illa Atridarum caussa utilia, an mea? Quorum quum utrumvis hic dici

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

σοί που φίλος γ' ὄν, γὰ λόγος τοιόςδε μου. 1385

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

πῶς, ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσί μ' ἐκδοῦναι θέλεις;

possit, non putavi unius libri scripturam praeferendam esse. Constructionem verborum monuit Buttmannus eam esse, ut praepositio ἐπὶ etiam ad Ἀτρείδας referatur, de quo genere conferri iubet Schaeferum ad Oed. R. 761. Plura dedit Matthiae in gr. Gr. §. 595. 4. In eo autem fallitur Buttmannus, quod ita loqui Philoctetam putat, ac si Neoptolemus non ὠφελούμενος, sed ὠφελῶν φίλος dixisset; etenim probe gnarum fuisse, non illum de suo unius commodo esse loquutum. Immo vel maxime etiam Philoctetes de solius Neoptolemi commodo loquitur, idque non sine acerbitate quadam. Haec enim mens eius est: sane non est quod te pudeat utilitati tuae prospicere: sed vocasne illa tibi utilia propter Atridas, ut hos tibi obstringas, an propter me, ut mihi feras opem?

V. 1371. Veteres libri τοιόςδε μου. Tricliniani τοιόςδε μοι. Cod. Ven. τοιόςδ' ἐμοί. Observa in hoc versu particulam πού, quae quum coniecturalis sit, non aliter locum habet in iis, quae quis scit qualia sint, quam quum illa orationis figura aliorum de eo, quod ipsi certo scinus, sententiam coniiicimus. Ita hic: nempe tibi quidem amicus istud meum voco commodum. I. e. intelligis, nisi fallor, tibi me bene velle, quum illa mihi utilia esse dico.

V. 1372. Libri, πῶς ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσιν ἐκδοῦναι θέλεις. Gernhardus ὄν γε. Erfurdinus ὅς με. Brunckius in postrema ed. quam Schaeferus sequutus est, ὅς γε τοῖς ἐχθροῖσί μ'. Hic quidem etsi non opus videtur adiectione pronominis, tamen mirum foret si non addidisset Sophocles.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ὦ τᾶν, διδάσκου μὴ θρασύνεσθαι κακοῖς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ὄλεις με, γινώσκω σε, τοῖσδε τοῖς λόγοις.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

1375 οὐκουν ἔγωγε· φημί δ' οὐ σε μανθάνειν.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔγωγ' Ἀτρείδας ἐκβαλόντας οἰδᾶ με. 1390

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ', ὄρα.

V. 1375. Vulgo hic et in scholiis ὦ τᾶν. Non debebam in Oed. R. 1138. (1145. Br.) ὦ τᾶν scribere, quae Buttmanni parum diligenter perpensa sententia est in gramm. uber. vol. I. p. 224. Accuratus de hac compellatione, de cuius derivatione iam inter veteres grammaticos lis fuit, disputavit Apollonius in Bekkeri Anecd. p. 569. seq. Ultimam syllabam acuendam censere videtur Apollonius, quam alii circumflectebant, ut et ex ipso, et e scholiasta Dionysii Thracis in Bekk. Anecd. p. 949. qui contraria praecipit, intelligitur. Iuvabit etiam quum alios grammaticos, tum Philemonem consuluisse. Non dubium autem videtur, conflata esse istam vocem ex ὦ et ἐτᾶν. Nam quod Buttmanno placet, τᾶν antiquam quandam formam pronominis τῦ fuisse, sive etiam ex τῆνος esse ortam, id non solum analogia omni destitutum est, sed repugnantem etiam habet significationem vocabuli, quae ubique convenit cum ὦ λῶστε, numquam cum ὦ οὐτος, aut ὦ σύ, licet utroque modo explicuerint veteres quidam lexicographi.

V. 1376. Nec dixisset, neque, opinor, potuisset dicere ἔγωγε, nisi respiceret idem vocabulum a Neoptolemo usurpatum. In qua repetitione est aliquid acerbitatis.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

οὐδέποθ' ἐκόντα γ' ὥστε τὴν Τροίαν ἰδεῖν.

ΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣ.

τί δῆτ' ἂν ἡμεῖς δοῶμεν, εἰ σέ γ' ἐν λόγοις
 1380 πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω;
 ὡς ῥᾶσ' ἐμοὶ μὲν τῶν λόγων λῆξαι, σέ δὲ 1395
 ζῆν, ὥσπερ ἤδη ζῆς ἄνευ σωτηρίας.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ.

ἔα με πάσχειν ταῦθ' ἄπερ παθεῖν με δεῖ·
 ἂ δ' ἦνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγόν,
 1385 πέμπειν πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον,
 καὶ μὴ βράδυνε, μηδ' ἐπιμνησθῆς ἔτι 1400
 Τροίας. ἄλις γάρ μοι τεθρύλληται λόγοις.

V. 1378. Οὐδέποτε una voce, ut est in libris, pronunciandum esse monuit Elmsleius ad Eurip. Suppl. Markl. 158. Cod. Ven. ὥστε Τροίαν γ' ἰδεῖν.

V. 1379. Vett. libri δοῶμεν. In edd. Triclinianis recte scriptum δοῶμεν. Distincte opposita sunt ἡμεῖς et σέ. Propterea dixit σέ γε.

